

rationem sacramenti, in quantum voluit, ut esset actus externus fidei de Christo mediatore venturo, quocumque modo fieret, sive oratione, sive benedictione, sive oblatione, sive sacrificio &c. hujusmodi, ut patet de Sacramento Ordinis, quod non fuit à Christo institutum in certa determinata materia & forma, sed tantum in genere sub ratione signi expressivi potestatis, quæ per ordinem traditur, relinquendo ecclesiæ facultatem ipsas in specie determinandi.

6. Circumcisio, quamvis fuerit data 400. circiter annis ante legem scriptam, & jam ab illo tempore debuerit applicari omnibus masculis ex Abrahæ familia descendentibus, ut patet Genes. 17. illi tamen, qui non erant ex genere Abrahæ, poterant ante legem scriptam circumcidi, sed non tenebantur, cum circumcisio proprie loquendo fuerit cæremonia legis mosaicæ, & solum in ipsa cæperit obligare etiam illos masculos, qui non erant de genere Abrahæ; Levitic. 12. Joan. 7. Pro feminis autem etiam post institutam circumcissionem remansit, & perseveravit remedium, seu sacramentum legis naturæ; Genes. 17. & 34. & offerrebantur in templo die 14. post earum nativitatem, ibique nomen imponebatur; Lev. 12. Gloss. in cap. Majores 3. de Baptismo verb. Feminæ, Hostiens. n. 9. verb. Quam Feminæ. Fagn. ibid. n. 44. & alii passim.

8. Quare autem circumcisio instituta fuerit pro solis masculis, & non pro feminis? Tostatus in Genes. c. 17. vers. Quare: dicit irrisorium esse istam questionem; positum enim, quod circumcisio fieri debeat, impossibile est eam fieri in femina, cum non habeat, in quo fiat; superfluum ergo est quære quare in viro, & non in femina fit circumcisio. Unde omissis variorum placitis, placet hic solum referre quod ex S. Thoma in 3. part. q. 70. art. 2. ad 4. tenet Fagnan. loc. cit. mem. 45. videlicet, quia circumcisio instituta fuit, ut signum fidei Abrahæ, qui credidit se Patrem futurum Christi sibi repromissi, & ideo convenienter solis maribus competeat. Peccatum enim originale, dicit ipse, contra quod specialiter circumcisio ordinabatur, à parte trahitur, non à matre. Hinc circumcisio fit in membro genitali, quo generatur, & transfunditur peccatum originale, quod ipsa circumcisio curatur, ut inter alios hanc adducit rationem Cornelius à Lapide in Genes. cap. 17. vers. 11.

10. Circumcisio, & Baptismus in multis differunt, & in multis conveniunt inter se. Differunt primo, quia Baptismus est generalior circumcisio, cap. Majores 3. de Baptismo, nam hodie ex necessitate mediæ, tam masculi, quam feminæ baptizari debent, cum Christus expresse, & generaliter omnes jusculumque ætatis, & sexus includens dixerit Joan. 3. num. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. At vero circumcisio in veteri testamento ad feminas non pertinebat; Genes. 17. & 34. & patet ex dictis supr. num. 27.

12. Secundo differunt, quia multo plus confert nunc Baptismus christianis, quam circumcisio olim Judæis, textu expresso in cap. Majores 3. §. Cautè, de Baptismo, ibi: Cautè tamen notandum est quantum plus Baptismus hodie confert christianis, quam quondam Judæis circumcisio contulisset... quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcissionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perveniebatur ad regnum Calorum, quod usque ad mortem Christi fuit omnibus oblatum; sed per Sacramentum Baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittebatur, vitatur periculum, & ad regnum Calorum etiam perveniebatur, cujus januam Christi Sanguis fidelibus suis misericorditer reseravit.

13. Tertio differunt, quia Baptismus confert augmentum gratiæ, seu gratiam secundam, ubi baptizatus habet jam primam. Non sic autem circumcisio, ut rectè docet Scotus in 4. dist. 1. quest. 6. exemplo Abrahæ, qui jam ab originali mundatus, & justificatus per remedium legis naturæ, seu per suam veram fidem, non fuit amplius justificatus ex circumcissione, nequidem justificatione secunda, seu augmento gratiæ, ut colligitur ex Epistola ad Romanos cap. 4. ibi: Reputata est Abrahæ fides ad justificandam; quomodo ergo reputata est à circumcissione;

an in præputio? Non in circumcissione, sed in præputio. Quarto differunt, quia Baptismus, non modo est generalior, & efficacior, quam circumcisio, ut supra in prima, & secunda differentia, sed etiam significatior, ut in cap. Debitum 5. de bigamis, & decentior, ut per se patet, ac facilius, quia in baptismo non effunditur sanguis, sicut in circumcissione, ubi tertia die gravissimus vulnerum dolor est, ut expresse dicitur Genes. cap. 34. num. 25. & sic notat Hostiens in cit. cap. Majores 3. de Baptismo num. 9. in verb. Cum generaliter: Joann. Andreas ibid. num. 5. Fagnanus ibid. num. 50. & alii.

Conveniunt autem primo inter se Baptismus, & circumcisio, quia sicut olim circumcisio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferebatur, textu expresso in cit. cap. Majores ibi: Cum ergo circumcisio tam adultis, quam parvulis ex præcepto Domini conferretur, ita etiam nunc Baptismus tam adultis, quam parvulis, est conferendus, textu expresso in cit. cap. Majores, ibi: Ne Baptismus, qui successit loco ipsius... minoris videtur effectus, tam adultis, quam parvulis est conferendus, & concordat Concil. Trid. sess. 5. In decreto de peccato originali cap. 4. & sess. 7. de Baptismo can. 12. §. 14.

Conveniunt secundo, quia sicuti sine circumcissione tunc nullus salvari poterat, ita nunc nemo salvari potest sine baptismo, textu expresso in cit. cap. Majores, ibi: sicut enim sine distinctione qualibet mosaica lex clamabat, anima, cujus præputio caro circumcisio non fuerit, peribit de populo tuo, ita nunc indistincte vox insonat evangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei.

Conveniunt tertio, quia sicuti in veteri Testamento per circumcissionem, quæ vicem Baptismi supplebat, remittebatur originale peccatum; cap. Quod autem 4. & cap. Ex quo 5. de consecrat. dist. 4. & cap. Majores 3. §. Cautè, de baptismo, ita in novo Testamento originalis culpa remittitur per Baptismus; cit. cap. Majores §. Cautè, & Concil. Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali can. ultimo ibi: Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, qui in baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id, quod verum, & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari; anathema sit.

Nec valet objicere contra istam ultimam convenientiam, & principalem conclusionem, sub num. 1. positam, quod Apostolus 1. ad Corin. cap. 7. num. 19. dicit absolute: Circumcisio nihil est: ad Galatas cap. 5. num. 6. cap. 6. num. 15. Neque circumcisio aliquid valet, & consimiliter frequenter alibi, adeoque circumcisio non debet culpam originalem, nec conferebat gratiam ex opere operato, ut facit Baptismus. Non valet, inquam, quia Apostolus vult ibi circumcissionem nihil esse, nihil valere homini christiano, quia licet valeret in lege mosaica, non sic tamen amplius in lege evangelica, in qua est penitus abrogata, ut patet ex ipsismet verbis Apostoli loc. cit. ibi: Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet. Quod si præterdatur, Apostolum alibi insinuare circumcissionem etiam in lege mosaica nihil valuisse; Respondetur, Apostolum velle tantum insinuare, quod circumcisio nihil valuerit, seu non habuerit vim justificandi in lege mosaica, quia ex lege illa habuit tantum vim consignandi Dei populum, ipsumque ab aliis populis discernendi. Vim autem justificandi habuit, quatenus determinatum legis naturæ remedium, juxta dicta supra n. 14.

Et si instetur, quod Apostolus pluribus in locis negare videtur universaliter antiquæ legis sacramentis vim justificandi, ut ad Romanos 3. Ex operibus legis non justificatur omnis caro coram illo; & ad Galatas 5. In lege nemo justificatur apud Deum, ubi sub nomine legis intelligit omnia antiquæ legis sacramenta, quæ in ead. Epist. ad Galatas cap. 4. vocat infirma, & regna elementa, & ad Corin. 2. dicuntur umbra futurorum: Respondetur statim, quod Apostolus in dictis locis loquitur solum de lege mosaica, & de sacramentis improprie dictis, quæ in ipsa præter circumcissionem vigeant,

ut oblationes hostiarum, aspersiones sanguinis hircorum, & vitulorum, purgationes ab immunditiis legalibus per aquam expiationis, consecrationes Pontificum, Sacerdotum, & Levitarum, esus Agni Paschalis, & hujusmodi, prout notat Scotus num. 4. dist. 1. quest. 6. l. 3. quæ utique vim justificandi non habebant ex se, nec conferebant gratiam ex opere operato, sed solum ex opere operantis, quatenus pro tempore dictæ legis fiebant in charitate, & ex obedientia Dei sic præcipientis. Non autem loquitur ibi Apostolus de communi remedio, seu sacramento legis naturæ, nec de ipsa circumcissione, in quantum erat determinatio quædam illius communis remediæ pro populo hebræo, ut patet ex dictis supra n. 3. 4. 5. Et sic explicandi sunt patres apparenter nostræ conclusioni contrarii, cum fundamenta suarum assertionum potissimum desumant ex adductis aliisque similibus Apostoli auctoritatibus.

Nec etiam valet objicere Concilium Florent. sess. ult. in decreto fidei ad Armenos, ubi sic habet: Novæ legis sacramenta multum differunt à sacramentis antiquæ legis. Hæc enim non causant gratiam, sed solum per passionem Christi dantiam figurant. Nostra vero Sacramenta, & continent gratiam, & digne suscipientibus eam conferunt; & Concilium Tricentium sess. 7. Canon. 2. ubi sic definitur: Si quis dixerit novæ legis sacramenta à sacramentis antiquæ non differre, nisi quia sunt cæremonia aliæ, & alii ritus externi, anathema sit; adeoque sacramenta veteris legis non conferebant gratiam ex opere operato, ut sacramenta novæ legis. Non valet, inquam, quia Concilium Florentinum loquitur solum de supradictis sacramentis veteris legis improprie dictis, non autem de remedio, seu sacramento legis naturæ, nec de ipsa circumcissione, quæ 400. circiter annis ante legem scriptam fuit instituta, & sic proprie non fuit sacramentum legis scriptæ, sed potius legis naturæ in sensu explicito supra num. 4. Non enim præsumendum est condemnatos esse in dicto Concilio Augustinum, Gregorium, Innocentium III. aliosque Sanctos Patres sub num. 1. allegatos expressissime docentes, id præstitisse Hebræis circumcissionem, quod præstat christianis Baptismus. Et sic fere eodem modo responderi posset ad canonem Concilii Tridentini. At etiam stante nostra conclusione, quod circumcisio, & remedium, seu sacramentum legis naturæ deleverit originale peccatum, & contulerit gratiam ex opere operato, ut facit nunc Baptismus, hæc in multis differunt à sacramentis novæ legis, ut patet ex differentiis adductis supra num. 11. ad 14. sic nihil ponitur contra definitionem Concilii Tridentini.

Circumcisio, & remedium, seu sacramentum legis naturæ imprimant characterem Sic Scotus in 4. dist. 6. quest. 9. in solutione primæ, & Scotistæ passim, ac alii contra plurimos alios. Et ratio, quod circumcisio fuit verum, & proprie dictum sacramentum delectivum culpæ originalis, & collativum gratiæ ex opere operato, ut patet ex dictis supra num. 1. & 2. eratque janua salutis, ac distinguebat familiam Dei, & Messias à circumcisis, sive explicite, sive implicite crediti venturi, sicut nunc Baptismus: circumcisio enim non tantum instituta fuit ad remittendum originale peccatum, sed etiam ad consignandum Dei populum, illumque distinguendum à cæteris nationibus; adeoque sicuti Baptismus his de causis characterem imprimat, ita à pari dicendum est, quod characterem impresserit etiam circumcisio, eum utrobique quantum ad hoc par sit ratio: Quod idem per eandem rationem dicendum est de sacramento legis naturæ delectivo culpæ originalis, ac collativo gratiæ ex opere operato, quod sacramentum perseveraverit etiam in lege scripta pro feminis, ut patet ex dictis supr. n. 7. quia alias feminæ non fuissent æquiparatae masculis in donis supernaturalibus, si character fuisset impressus in masculis per circumcissionem, & non in feminis per dictum legis naturæ sacramentum pro ipsis adhuc perseverans in lege scripta.

Quæ hic tradit Auctor de effectu, & efficacia circumcissionis, eam nempe peccato originis extinguendo fuisse institutam, gratiamque ex opere operato contulisset.

sed non omnibus certe placet Theologis, sacramentumque Scripturarum Interpretibus. Solis novæ legis sacramentis privilegium competere conferendi gratiam ex opere operato, omnes fere Theologi merito sentiunt, cum ad Apostolum Galat. 4. vers. 3. veteris legis sacramenta, infirma & regna elementa vitentur. Neque irrefragabile putamus, circumcissionem peccatum originale delevisse. Eam fuisse veluti insigne quod cæteris gentibus populus distingueretur, tradunt omnes Patres tam Græci quam Latini ante S. Augustinum, nulla de remissionis originalis criminis facta mentione. Gregem Israeliticum, inquit S. Hieronymus l. 1. in Ep. ad Galat. quodam circumcissionis cæterio denotavit, ut viventes inter Egyptios, inter Assyrios, Babylonios, atque Caldeos hoc signaculo distinguerentur, tom. 7. Operum noviss. edit. col. 424.

CIRCUMSTANTIÆ PECCATORUM.

Vide verb. Penitentia sacramentum art. 4. n. 100. ad 124.

CIVITAS, CIVILITAS, CIVIS.

SUMMARIUM.

- 1 Civitas multimodè accipitur, & in quo differat ab Urbe, ad num. 8.
- 9 Oppidum, castrum, villa, villæus, quid sint, ad n. 13.
- 14 Villa civitates vocantur, & viceversa, ad n. 15.
- 16 An ad essentialitatem civitatis requiratur Seder Episcopalis, ad num. 19.
- 20 Quæ pœna puniatur civitas occidens vel ejiciens suum Episcopum, ad num. 31.
- 32 Et quæ, si Cardinalem quocumque modo ledat.
- 33 Nec non si conspiret contra Summum Pontificem, vel labatur in heresim, ad n. 34.
- 35 Condemnatio civitatis ad aratrum quos pariat effectus, ad n. 36.
- 37 An civitas post patratum facinus in personam Episcopi, vel Cardinalis remaneat adhuc civitas quoad privilegia secularia, nec non privetur diocesi, & quousque duret pœna eidem inflata, ad n. 41.
- 42 Quot quibusque modis civilitas acquiratur, & amittatur, ad num. 64.
- 65 Civitas privilegiatissima quoad omnes effectus à quo concedatur, ad n. 68.
- 69 Varia afferuntur sententia de cive Originario & domiciliario, totaque explanatur circa hanc materiam disciplina civilis atque canonica, ad n. 89.
- 90 An civis ex privilegio admittatur ad Beneficium sive legatum soli civibus conferendum, ad n. 107.
- 108 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad n. 126.

Civitas aliquando sumitur pro populo, aliquando pro situ civitatis, seu pro loco moenibus cincto, vel denique pro coadunatione hominum, ut tradunt Bald. consil. 327. Prius enim num. 10. in fine leg. 1. Bartol. consil. 196. Civitati Camerinae num. 6. leg. 1. Frances de ecclesiis Cathedralibus cap. 4. num. 33. Magnum Lexicon Juridicum Calvin. verb. Civitas, Beyerlinch. in Theatro vitæ humane verb. Civitas, & alii.

Proprie tamen civitas sumitur pro habitatoribus, & incolis, vel pro ipsa societate civium, aut jure civitatis, ac civium, vel pro constitutione, & ordine populi, ac civium, sic Magnum Lexicon Calvin. verb. Civitas; Civitas enim dicitur civium unitas, Glossa in cap. Si Civitas 17. de sentent. excomm. in 6. Fagn. in cap. 1. n. 20. de privileg. Unde Cicero de somnio Scipionis ait: Nihil est quod in terris Deo fiat acceptius, quam concilia, carisque hominum jure sociari, quæ civitates appellantur. Quare civitatem multitudinem hominum societatis vinculis adunatam, muris cinctam, Episcopum habentem, à Veteribus sic appellatam definivit cum plu-

ribus Ripol. in *tract. de regul. cap. 44. de regalibus creandi civitates*, & *villas*, ac *Frances loc. cit. num. 34.* seu civitas est multitudo hominum societatis vinculo adunata ad simul una vivendum, uti ex Isidoro l. 5. *etymolog.* eam definit Joan. Andr. in *dict. cap.* Si civitas n. 1. ubi etiam alias recenset definitiones. (De populo idem asserti *lex. i. tit. 10. part. 2. Vid. ad id. leg. 5. tit. 2. part. 1.*)

4 Urbis autem pro aedificiis, & ipso loco moribus cincto accipiunt. Magnam Lexicon Calv. *verb.* Urbis, & *cit.*

5 *verb.* Civitas. (Pere consonat *lex 6. tit. 33. p. 7.*) Urbis enim dicta est ab *Urbo*, quod est aratum, cum Urbum, sive Urbum sit curvatura aratri, & urbare, sive urvare, sit arare, aratroque definire; textu expresso in *leg. Pupillus 239. §. Urbis ff. de verb. signific.* In condendis enim urbibus olim veteres aratro utebantur, quo futurae urbis magnitudinem, proportionem, situmque mutuo cingendum designarent. Cael. Rhodig. *lib. 24. c. 15. Grat. discept. 179. num. 34. Beyerlinch. loc. cit. verb. Urbis in princ. & verb. Civitas in princ.* Frances loco *citato num. 27. & 28.* Magnam Lexicon Calv. *verb.* Urbis: Et ideo sicuti pro aedificandis, seu definiendis urbibus aratur adhibebatur, ita etiam in destructione ad aratum condemnabant, ut eodem, quo definite essent urbes, modo rursus deleterent, everterent, destruerent, juxta l. Nihil tam *35. ff. de regulis juris & cap. Omnis res 1. de regul. juris*, sic citati Doctores, & alii. (Conveniunt *leg. 61. tit. 5. part. 21. 22. 23. 24. & 25. tit. 1. p. 6.*)

6 Licet in jure quaelibet civitas possit appellari urbs, ut ex text. in l. 2. *de verborum signific.* in *leg. 2. C. de adif. privat. l. Praescriptio, Cod. de oper. public. & ex Bart. observant. Lasa de jure univers. 1. p. cap. 2. n. 24. Joann. Andr. in cap. Civitas 17. de sentent. excommuni. in 6. Abbas in cap. de privileg. num. 1. Frances loc. cit. num. 34.*

7 In rigore tamen latino civitas & urbs in hoc differunt, quod civitas incolae dicuntur, urbs vero complectitur aedificia, ex Calep. *verb.* Civitas, Aristotel. l. 4. *polit. & lib. etiam Oeconomor Beyerlinch. dict. verb. Urbis, vers.* Cicero tamen: Frances loc. cit. n. 34.

8 Civitas Romana urbs appellatur per excellentiam; ut dicit Abbas in cap. 1. *de offic. ordinari. n. 5.* Frances loc. cit. n. 103. eo modo quo D. Paulus antonomastice vocatur *Apostolus*, quia omnium maxime profuit in evangelicis praedicationis semine propagando, ex Barbos in *culcit. ad tract. in cap. Beatus Paulus 22. q. 3. n. 4.*

9 Oppidum proprie est omnis urbs praeter Romam, quae peculiari nomine urbs vocari coepit, & ceterae urbes vocantur *Oppida*, ut ex aliis notat Calv. in *suo magno Lexico juridico verb.* Oppidum. Oppida sic dicta fuerunt, ut refert Isidorus l. 16. *orig. cap. 1.* vel ab oppositione murorum, vel ab opibus reconduendis, vel ab ope, quod contra hostem opem dent; sed apud Jurisconsultos Oppidum nomen accepisse traditur ab ope ferenda, & suscipienda, l. Pupillus 239. §. Oppidum *ff. de verbor. sign. ibi: Oppidum ab ope dicitur, quod ejus rei causa mania sunt constituta.* Unde civitates muris cinguntur, ut ipsarum ope hosti securius resistamus, & ab incursionibus hostium, aliisque malis tuti simus; *cit. Mag. Lexicon jurid. verb.* Oppidum. Castrum autem dicitur quasi casa arcta, quia non debet esse diffusum, ut tempore belli egeat magna custodia hominum, & virtualibus. Sic expresse Gloss. in *cit. cap. Si civitas 17. de sentent. excomm. in verb. Nota primo.* (Recognoscatur *tit. 18. part. 2.* ubi denotatur, quomodo populus in castrorum custodia se gerere debeat: quibus virtualibus & armis castella abundare eorum custodia, & murorum reparatio summopere demandatur; a quo fere non discrepat *tit. 5. lib. 6. Recop. Car. & tit. 7. & 8. lib. 3. Recop. Ind.*)

12 Villa pro aedificio posito in rure sumitur, l. Fundi appellatione l. 1. *ff. de verb. signific. ibi: In usu urbana aedificia, aedes rustica, Villa dicuntur, & conlocat. l. Si fundum 81. §. 3. ff. de legatis 1.* Frances loc. cit. num. 57. Ex quo villicus appellatur ille, qui propter tractus percipiendos in rure praeparatur. l. Si cum villico 16. *de institutoria actione, Frances loc. cit. num. 58.* cum aliis ibi allegatis. Unde solum late sumpto

vocabulo villa civitates vocantur, cum proprie villa aedificium in rure situm sine muro, & vallo dicatur, Cosmas in *pragm. sanct. in Gloss. verb. Villis §. Insuper rus, in eccl. autem tit. de collat. Guillelm. Benedict. in cap. Raynulfus 16. verb. Et uxorem num. 464. de testamentis, Frances loc. cit. num. 54.* Hinc ad summum cum ville appellatur civitates, hoc procedit in pusillis civitatibus, quae uti terra in Italia nudam tantum sui ipsius habent defensionem, & ideo habitatores vocantur rustici, quasi a rure, sicuti habitatores civitatum appellantur *cives* a Guillelm. Benedict. *loc. cit. num. 56.* Quamvis tamen civitates in Francia *Ville* appellantur, ut testatur Cassan. in *catalog. gloriae mundi 12. p. cons. 60. paulo post principium, Frances loc. cit. n. 59.*

16 Solam illam dici civitatem, quae habet Episcopum, quasi dignitas episcopalis civitatem constituat, & urbem Cathedrali carentem civitatem appellari non posse, sustinent multi, inter quos Bart. in l. Si heres §. 1. *de legat. 1. & l. final. col. 2. ff. de colleg. illicitis, & in extravag. qui sint rebelles §. Lombardia num. 5. Baldus in l. Ex hoc jure 12. ff. de justitia, & jur. Cassaneus in *catalog. gloriae mundi part. 12. consil. 60. statim post initium, & alii plures per text. cap. In illis 2. dist. 80.* ubi in singulis civitatibus, in quibus antiqui Flamini erant positi, constitutos fuisse Episcopos a B. Petro docetur, & per text. in *cap. Episcop. 3. ead. dist. 80.* ubi prohibetur, ne in castellis, & modicis civitatibus constituatur Episcopi, & in *cap. Non debere 5. dist. 80.* ubi interdicitur, ne in vicis, & castellis Episcopi ordinentur, & in *cap. 1. de offic. ordinari.* ubi singularum urbium Episcopos causas decidere debere statuitur.*

17 Alii autem plurimi censent, & quidem verius, & melius ad essentiam civitatis neque Episcopum, neque Ecclesiam Cathedrali requiri. Ita Abbas, in *cap. 14. de priv. ubi late Decius ibid. num. 8. Ripald. tract. de regul. cap. 44. num. 14. & sequent. Frances loc. cit. num. 75. & sequent. testans de communis Doctores in l. Ex hoc jure 12. ff. de justit. & jur. ubi docent, jus creandi civitates dari independenti a Summo Pontifice, vel Episcopi designatione, & residere apud supremum Principem. Et id disumit ex eisdem fundamentis adversariorum. Nam ex eo quod in *cit. cap. In illis dist. 80. & cit. de offic. ordinari.* statuitur, in civitatibus ponendis esse Episcopos, supponitur jam antea fuisse civitates sine ipsis, & si in *cit. Episcop. 3. ead. dist. 80.* prohibetur, ne in castellis, & modicis civitatibus constituatur Episcopi, ergo dantur modicae civitates, quae vere civitates sunt, & non habent Episcopum. Et per hoc quod in *cit. cap. Non debere 5. ead. dist. 80.* interdicitur, ne in vicis, & castellis Episcopi ordinentur, non sequitur, quod debeant Episcopi ordinari, seu constitui in omnibus civitatibus. Quia licet nequeat dari Episcopus, & ecclesia cathedralis sine civitate, ex quo cum novus erigitur Episcopatus, creaturque in villa, vel oppido, prius civitatis honore decoratur, *extravag. Salvator 4. vers. Volentes de praebend. inter communes,* potest tamen dari civitas sine Episcopo, & ecclesia cathedrali, adeoque dantur civitates sine Episcopo.*

(Quod regio dyademati jus civitates, & villas &c. creandi naturaliter inheret, *lex 2. tit. 7. 6. tit. 8. lib. 4. Recop. Ind.* asserti. Ad rem *tit. 2. lib. 7. Cast. Recop.* Non officii recognoscere *leg. ex 1. ad 6. tit. 1. p. 2.* in quibus de potestate regia tractatur. Inter alias addit. *hisp. novis. videantur quae lit. A. p. 159. col. 2. & lit. D. pag. 45. col. 1. subnectuntur.*)

Et de facto summi videmus plures civitates non habentes Episcopum per text. in *cap. Audivimus 4. caus. 3. quest. 2.* & ultra experientiam restatur de pluribus Bartolus, Gratianus, Barbosa, Solorzan. Ripall. Cenedo apud Frances loc. cit. num. 78. & alii passim Scriptores: Unde Doctores asserentes illas solum dici civitates, quae habent Episcopum, intelligendi sunt secundum communem usum loquendi, ex quo ordinarium sit, quod unaquaque civitas suum habeat Episcopum.

19 Civitas occidens suum Episcopum privatur in poenam dignitate episcopali, & regimen committitur viciniori Episcopo; *cap. Ita nos 25. caus. quest. 2. cap. Felicitas in fine, de panis, in 6. & Clem. Si quis suadente, de panis, Pithonius part. 4. discept. 108. num. 8. Frances loc. citat. cap. 8. num. 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glo. 5. §. 7. num. 149. & alii communiter.*

20 Occisio tamen debet esse de Episcopo consecrato, non vero de electo, & confirmato, per text. in l. Si nondum, *cod. de furt. ubi res destinata animo ex voto ut sit sacra, non habetur pro sacra ante consecrationem, Gloss. in Clem. Si quis suadente, vers. Quamvis Pontificem, de panis, ibique Panormitan. n. 2. Bald. in l. Si nondum, n. 3. cod. de furt. Card. de Luc. in 2. Miscellan. eccles. discept. 46. n. 3. Pax Jordan. Lucubrat. tit. 1. praelud. 2. n. 6. Fagn. in c. Eam te, n. 16. & 17. de scriptis, Felin. ibid. n. 1. vers. Unde, Vitalin. in *cit. Clem. Si quis suadente, n. 7. de panis, Frances cit. cap. 9. n. 9.* cum pluribus ibi citatis, Pithon. *loc. cit. n. 9.* cum multis ibi allegatis. Et ratio est, quia poena privationis civitatis dignitate episcopali ob necem Episcopi, statuta fuit per sacros canones favore ordinis episcopalis, nec non consecrationis, non autem ratione dignitatis & jurisdictionis, adeoque locum habere non potest in Episcopo solum electo, & confirmato, seu nondum consecrato, ut notat Ancharan. in *cit. Clem. Si quis suadente, n. 2. in fin. de panis, ibi: Iste textus requirit, quod quis iusta delicta committat in Pontifice &c. non autem in electo, confirmato, non consecrato secundum glossam: Ista enim constitutio est inducenda in favorem ordinis episcopalis &c. Electi autem confirmati non consecrati non sunt Episcopi?**

22 Dicta poena non procedit, si occisio Episcopi processerit ex odio privato aliquorum civium, sed solum quando processit ex facto civitatis saltem cooperantis per auxilium, vel consilium, vel tacite ratificantis necem. Sic colligitur ex supra citatis canonibus: in allegato enim *cap. Ita nos 25. caus. 25. quest. 2.* supponitur delictum civitatis, ibi: *Hac sit reperia civitas, quae Praesules ministrantes sibi fidei christiane Sacramenta sine persecutione prosterнат, & inferius hoc ipsum replicatur, ibi: Vel alia civitas, dum in quos deserviat non habebit, ab inhumis delictis temeritate desistat &c. egeat ergo Episcopatus subsidii sibi met aliunde pensandi, quae sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine indignitatem?* Et explicat hoc delictum civitatis alter textus in *cit. cap. Felicitas, §. Civitas, de panis in 6. ibi: Civitas vero &c. quae talia facient, vel scientibus, seu praesentibus, in leg. Sicut, verb. Non debetur, ff. Quod ius favore, vel infra mensem saltem auxilium dederit, prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei adfuerit, non duxerit puniendos, pontificali, ut supra, sit eo ipso dignitate privata?*

23 Ex quo textu clarissime infertur, quod poena privationis civitatis episcopali procedit, quando ipsa civitas delinquit saltem cooperando in necem Episcopi mediante auxilio vel consilio, ratum habendo delictum, non puniendo, aut puniri non curando delinquentes, ut in individuo, quod requiritur, necem Episcopi fuisse commissam ad suggestionem civium, seu populi, tradit Turrestemata in *cit. cap. Ita nos, num. 2. vers. Suggestionum domesticorum civium. Quodque requiritur delictum Universitatis pulsata campana, & convocato consilio post Gloss. in leg. Sicut, verb. Non debetur, ff. Quod iusque omnes nomine in subjecta questione firmantur universi Canonistae in *dict. Clem. Si quis suadente, de panis, & signanter Vitalin. num. 71. ibi: Quod intelligendum, quando campana pulsata, & convocato consilio conveniunt, ut delinquant, Joan. de Lignano *ibid. ait, quod tunc dicitur civitas facere cum homines communicato consilio, & tractatu habito in hoc faciunt, & sicut corpus, secus si ut singuli &c. Et per hoc dicitur esse consuliisse civitatem Bononia non interdictam propter rebellionem factam a quibusdam ut singulis? Ancharan. *ibid. num. 81. Imola num. 4. Joan. Andr. in cap. Felicitas, §. Civitas num. 20. de panis in 6. ubi alias firmavit, teneri singulos, & non Universitatem, & late****

consueverunt Soccini, & Doctores Collegii Florentini inter consulta Curiae senior. cons. 20. & 21. per 101. Hac tenus Pithonius *cit. discept. 118. num. 13. & 14. ubi numer. 15. & 16.* plurimos alios ad id citat Doctores.

Et hac ex legali, & naturali ratione, quod poena 24 suos tenere debet Auctores; *leg. Sancimus 22. cod. de panis, cap. Quaesivit 2. de his, quae sunt a majori parte capituli: (Vid. lit. I. pag. 37. num. 122.)* Et rem, quae culpa caret, in damnum vocari non convenit, *cap. Cognoscetes 2. de constitut. leg. Gracchus, Cod. ad leg. Jul. de adulteriis, ut in proposito advenit Archidiaconus in *cit. cap. Felicitas, num. 20. de panis in 6.* neque justum est, ut privatum odium, & privatum delictum ad perniciem publicam civitatis, quae non deliquit, convertatur. (Vid. *lit. C. pag. 66. n. 19. in fin. Ad rem lit. B. pag. 336. in fin. n. 68.* Conducit adnotat. *lit. D. p. 1. & 115. n. 17.*) Quod etiam agnovimus majores nostri, quibus absonum visum est paucorum privatorum culpam universorum juri derogare posse, quemadmodum refert Tacitus decisum per Senatorem Romanum, & Casarem l. 13. *annot. ibi: Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere, nihil universorum juri derogandum &c. Haec sententia valuit, scripsitque Caesar Senatui, privatum expenderent causam &c. in commune nihil derogat?**

25 Non improbabilis tamen est contraria opinio, quod nempe id procedat, etiamsi occisio Episcopi processerit ex solo odio privato aliquorum civium, & non ex facto civitatis, ut tenet Belletus *disquisit. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cleric. Can. §. 1. n. 26. Covarr. lib. 2. variari. c. 8. n. 10. Frances de eccles. cathedralib. c. 9. n. 21. Corrad. pras. benefic. lib. 8. c. 8. n. 71. Hojed. de incompatibil. benefic. part. 1. c. 23. n. 113. & alii dicentes, quod licet non omnes cives peccaverint, & tanti criminis rei non sint, adhuc privantur honore & dignitate episcopali, quia cum hac sit poena temporalis, ideo ex justa causa possunt etiam innocentes eam pati, sicut interditi poenam patiuntur, quae cum animam non afficiat, ideo etiam innocentes ligat; *cap. Sane 11. de offic. Delegat. c. Non est vobis 11. de sponsalib. cap. Si sententia excommunicat. (Leg. 14. 15. & 16. tit. 9. part. 1.)**

26 Cathedralitas ratione occisionis Episcopi non amittitur ipso jure, sed sententiam requirit ex textu *cap. In quibusdam 12. §. Sacri, de panis, nam cum textus in *cit. cap. Ita nos 25. caus. 25. lib. 2. factum hominis postuler, declaratione indiget, & certum est ipso jure non esse civitatem privatam, ut in terminis Patroni probat Moneta de *commut. ultim. volunt. 11. cap. num. 268. Frances cit. cap. 9. num. 11.***

27 Si civitas, vel populus occidat Episcopum in sui defensionem, non incurrit poenam privationis *arg. cap. Si vero 3. de sentent. excommunic. Frances loc. cit. n. 14. Less. de inhibiti. cap. 8. §. 4. num. 21.* Nec incurrit dictam poenam si occidat vim vi repellendo cum moderate mine inculpatate tutela, & alio modo mortem evitare non possit, *arg. Clem. Si furiosus, de homic. Gloss. in *cit. cap. In quibusdam, verb. Praesumpserit, Moneta loc. cit. num. 268. Martius Itala de immunit. eccl. lib. 1. cap. 5. §. 12. Frances loc. cit. num. 15. (Pro nunc vide *leg. 3. & 4. tit. 23. lib. 8. Recop. Castol. §. tit. 17. lib. 4. For. Reg. tit. 8. part. 7. quae, etsi de Episcopo non loquuntur, idem astruunt in occasione alterius.)* Nec si occidat Episcopum, eum non agnoscat, utpote quia 29 non indutum habitu episcopali, sed armatum, & enormibus incumbens. Decian. in *tract. crimin. part. 4. q. 113. num. 8. in fin. Farinac. in *Prax. crimin. part. 4. q. 113. n. 127. Frances loc. cit. n. 16. & 17.****

30 Si civitas tentaverit occidere Episcopum, eum vero non occidit, sed solum vulneravit, a quo vulnere sanatus fuit, non amittit cathedralitatem, cum conatus tantum non puniatur poena ordinaria, Menoch. *de arbit. leg. 2. centur. 3. casu 360.* ubi late de hoc, *Franc. loc. cit. num. 25. & alii.*

31 (Contrarium determinatur in casibus, in *leg. 1. tit. 21. 4. tit. 22. 2. tit. 23. lib. 8. Recop. Castol. comprehensiv. vide verb. Forum, in add. hisp. vers. In nefandorum.)*

Si civitas persequatur Episcopum, ita ut eum a sua diocesi ejiciat, aut ejicere mandet, aut auxilium ad hoc fa-

facinus perpetratum dederit, non privatur ob id cathedralitate, sed tantum id facientes excommunicantur. Farinac. in *praxi crimin. part. 4. quest. 112. inspect. 2. num. 84.* & 130. Navarr. in *manual. cap. 21. numer. 67.* Frances *loc. cit. num. 25.* & alii.

32 Civitas quæ auxilium, consilium, aut favorem dederit ad occidendum, seu offendendum Cardinalem, privatur cathedralitate; cap. Felicis 5. Civitas, de panis in 6. ubi Gloss. & plures, quos sequitur Farinac. in *praxi crimin. part. 4. quest. 112. inspect. 2. num. 101.* Frances *loc. cit. cap. 4. num. 141.* & cap. 9. num. 29. & alii.

33 Civitas conspirans contra Summum Pontificem, vel contra Sedem apostolicam, privari potest cathedralitate, arg. leg. Si usufructus 21. ff. Quibus modis usufructus amittatur, ubi fit mentio de civitate rebeli, in qua aiarum immittitur, & arg. cit. cap. Felicis 5. de panis in 6. Frances *cit. cap. 9. num. 32.* & in simili Cardinal. Petra *tom. 3. Comment. in constit. 9. Innocent. IV. num. 7.* & 34. cum pluribus ibi citatis. (Lex 6. tit. 13. part. 2.)

34 Item si tota civitas labatur in hæresim, demoliri potest, sique privari cathedralitate, ut colligitur ex capitulo Si audieris 23. quest. 5. & notant Gondisalv. de heretico cap. 24. per tot. Declan. tract. crimin. lib. 5. cap. 51. num. 1. Cardin. Petra *loc. citat. num. 8.* & 33. Frances *cit. cap. 9. num. 31.*

35 Civitas condemnata ad aratrum, seu ad demolitionem non potest amplius edificari absque speciali licentia Principis. Frances in cap. Felicis 5. de panis in 6. n. 4. & cit. cap. 4. num. 145. Grat. *discept. 179. a. num. 12.* & alii. Unde civitas damnata ad aratrum desinit esse civitas, quia tunc mori dicitur, quando superiorum auctoritate ad aratrum damnatur; Felin. in cap. Dilectus 30. colum. *pract. post. med. num. 4. vers. Secundo in quantum, de simon. Grat. disc. 217. num. 4.* Frances *cit. cap. 4. num. 142.* & alii, & patet de Carthagine ex leg. Si usufructus 21. ff. Quibus modis usufructus amittatur, ubi: Si usufructus civitatis legetur, & aratrum in eam inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago, ideoque quasi morte desinit habere usufructum, & de civitate Castri a fundamentis demolita jussu Innocentii X. apud Cardinalem Petram *loc. cit. num. 33.* (Convenit cum ea lex 26. tit. 31. part. 3.)

37 Civitas tamen solum privata cathedralitate propter occisionem proprii Episcopi, vel offensionem Cardinalis appellatur, & remanet adhuc civitas quoad privilegia secularia civitatum, nam cum hæc non dependeat à cathedralitate, per accidens se habet privato, vel existentia illius ad privilegia. Bartol. in *extravag. Qui sint rebelles, verb. Lombardie num. 5.* Gratian. *disc. 291. n. 37.* Frances *cit. cap. 4. num. 134.* cum aliis ibi citatis per text. in cap. Ita nos 25. caus. 28. quest. 2. ubi civitas privata cathedrali propter necem Episcopi, civitas adhuc mansit, & pro tali adhuc appellatur, & per text. in cap. Felicis 5. Civitas, de panis in 6. ubi civitas, quæ auxilium, favorem, seu consilium ad occidendum, vel offendendum Cardinalem dederit, privatur cathedralitate, & nihil dicitur de civitate.

38 Civitas privata cathedrali propter delictum, non privatur diocesi, unde in ea potest Episcopus quicquid antea in civitate, & diocesi exercebat. Ratio est, quia civitatis appellatio non venit diocesis in actibus potissimum odiosis. Coccius *deci. 129. num. 2.* Frances *cit. cap. 4. num. 139.* & sequens. & cit. cap. 9. num. 142. & plures alii apud Barboam de *appellat. verb. Utriusque juris appellat. verb. Civitatis num. 7.*

39 An privatio civitatis dignitatis episcopali ob occisionem Episcopi sit perpetua, vel temporalis? Variant Doctores. Quod sit tantum ad tempus seu temporalis, tenent Archidiacon. in *cit. cap. Ita nos 25. quest. 2. numer. 3.* ibi: Hic non fuit translatus Episcopus, sed ad tempus isti carcerum Episcopo in pœnam. Tutere remata *ibid. num. 2.* ibi: Ad tempus suspendit dignitatem episcopalem hujus ecclesie, non abtulit. Bellarm. *ibidem num. 2.* ibi: Secundum cum non fuit translatus Episcopus, sed ad tempus isti carcerum Episcopo. Pitonius *cit. disc. 108. num. 34.* & 35. ubi ex Ughell. in *Ital.*

*Sacr. tom. 8. fol. 316. num. 34.* & 35. refert sic servatum fuisse per san. mem. Urbanum VIII. occasione homicidii Episcopi Arianen. secuti die 10. Junii 1645. propter quod homicidium privata existit illa ecclesia proprio pastore pro solum decursum quinque annorum, dum de anno 1650. fuit iterum proprio Episcopo provisa.

Melius tamen, & verius quod talis privatio sit perpetua, tenent Corradus in *praxi benef. lib. 2. capit. 8. num. 71.* Rebuff. *tit. de different. inter priv. rescripti. & mandat. Zetola in praxi Episcop. part. 1. verb. Episcopos, vers. Vigesimo primo Episcopum. Cardin. Lauræa epitom. canon. in verb. Occidens Episcopum, Franc. cit. cap. 9. num. 138.* Ancharan. in *cit. cap. Felicis 5. de panis in 6. colum. 3. notabil. 7.* & alii, quos sequitur Gratian. *disc. 179. num. 11.* & concordat Summarium in *cap. Ita nos, ibi: Veluti dum civitati Episcopi dignitas perpetuo subtrahitur.*

Et de facto civitas Atinensis privata fuit in perpetuum Præposito, ob hujus necem ejus culpa secutum, ut apparet ex Decreto Sacræ Congregationis Episc. & Regul. *tit. die 13. Julii 1698.* quæ censuit civitatem privandam esse dignitate Præpositi, illam perpetuo afficiendo vicino Episcopo Aquinaten. mediante sequenti rescripto. Cum Sanctissimo ad mentem, & mens est, præposituram Atinensis perpetuo afficiendam, seu destinandam, cum specifica provisione Episcopi Aquinateni pro tempore, finis remanentibus omnibus, & singulis jurisjuris, prærogativis, & præminentis, quibus hæctenus eadem præpositura sua fuit. Unde san. mem. Innocent. XII. mediante brevi in forma motus proprii in sequela allati rescripti Sacræ Congregationis, perpetuo afficit, seu destinavit præposituram Episcopo Aquinateni, Reclamante autem civitate eundem Summum Pontificem Innocentium XIV. obtinuit remitti causam ad Sacram Congregationem Episc. & Regul. Sed deinde Summus Pontifex mandavit super hæc causa imponi perpetuum silentium. Noviter autem reclamante civitate & clero sub die 15. Septembris 1714. emanavit novum rescriptum pro remissione causæ ad eandem Sacram Congregationem. Ex auctoritate Sanctissimi die 10. mensis Septembris 1714. Sanctitas sua mandavit, quod Patres deducant omnia iura sua in Sacra Congregatione Episc. & Regul. Superveniente autem rescripto Summi Pontificis, quod in Sacra Congregatione disputaretur, an sit concedenda aperiit oris, non obstante alio deinde subsecuto, quod causam simpliciter remitteret ad eandem Congregationem, disputari dubium super aperiit oris. Et eadem Sacra Congregatio sub die 24. Julii 1716. ad relationem claræ memor. Cardin. Casini ad dictum dubium: an sit concedenda aperiit oris; respondit negative & amplius. Sic refert Pitonius *cit. disc. 108. per tot.* in qua scripsit pro dicta civitate, & ejusdem capitulo.

Civilitas triplici modo acquiritur. Primo: Per natiuitatem. Secundo: De jure. Tercio: Per privilegium, ut notant Zauli ad *statut. Favent. lib. 1. Rubr. 11. num. 1. fol. 226.* Cardin. de Luca de *præm. in Summar. numer. 94.* Ursaya *tom. 6. part. 2. disc. 50. num. 37.* ubi prima dicitur *civilitas originaria*: Secunda *domiciliaria*; & tertia *privilegiata*; seu, ut dicit Cardin. de Luca *cit. num. 94.* Prima dicitur *naturalis*, quæ sub originarie vocabulo explicatur. Secunda *accidentalis*, vel acquisita, quæ domiciliaria dicitur. Tertia pariter *accidentalis*, vel acquisita privilegiata, sive occasionalis sit.

Civilitas naturalis, seu originaria plures subalternas habet species. Prima: omnino vera, & propria tam legalis, quam naturalis est, quæ propriam, ac parentis originem in loco habet, ideo ut nulla legis fictio, vel suppletio accedat. Secunda: Naturalis quidem, sed quædam legis fictionem habens, ea est, quæ provenit ex propria natiuitate in loco ab extero patre, qui domiciliariam jam contraxit civilitatem in tali loco. Tertia: Naturalis quidem, sed quædam adhuc majorem legis fictionem habens, ea est, quæ provenit ex propria natiuitate in loco, ex extero tamen patre, casualiter, vel occasionaliter secuta, utpote quia ejus pater non in domiciliu, neglecta originaria patriâ, contraheret, ibi morari contigit, sed officii, feudii, mercaturæ, aulæ, vel professionis, seu artis

occasione. Quarta: Quæ majorem adhuc legis fictionem habet, ea est, cui in propria persona, & propria natiuitate naturalis deest veritas, originaria vero civica paternæ qualitas filio eandem tribut originariam civilitatem, ut patet de filio nato extra patriam patris alibi occasione solius temporalis officii, ut Judicis, Medici, Mercatoris, & hujusmodi commorantis.

Hinc ex dictis patet, quod duplex originaria qualitas in eandem personam concurrere potest, una scilicet propria, & altera parentis. Quamvis enim occasionaliter, vel causative extra patriam in diverso loco natus, habeatur

Antequam ad gratiarum, prærogativarumque alienigenis concessarum explanationem, dum in hanc peninsulam se conferunt habitandi causa, deveniatur, non abs re consonum videtur inserere, quod pro pace in Witelvurgo, vensibus Judicem Conservatorem assignari, ut in negotiis, ac litibus eorum Nationales ad quem recurrere, quamlibet actionem intendendo, haberent, declaratum inspicitur, ne ullum dubium circa eos, quos Conservatoris jurisdictione esset amplectura, occurreret, pro vicino reputandum, qui naturalitatis privilegium obtinuerit: in his dominiis autem sit ad nostram sanctam Fidem Catholicam sit conversus: qui domicilium eligit: qui petit, & in aliquo opitatem verificat, immobilia bona acquirendo: Artifex habitandi causa veniens, & minoræ officia exercendi gratia, ac cujuscumque generis munia, à solis naturalibus obtinenda, subiverint: qui pascubus, & commodis vicinorum secundum regias determinationes adquirentes: nam hi omnes cum legitime naturales considerentur, pro vicinis ad remem reputari debent, ut jurisdictioni dicti Conservatoris eos comprehendat (1). Quibus de memoria non elapsis, prætionibus, beneficia regia manu concessis, potuerunt, per viginti leucas ad intra Hispaniæ portus constituere domicilium tenebantur: hodie vero quacumque in parte, nulla habita distantie portuum consideratione, fixam sedem eligere possunt.

Verum, ne supra horum intelligentiam occursus dubitationis præsentetur, in hac hypothesi dispositum sic considerandum venit; si exteri artifices ad exercenda officia, operaque laboriosa in hæc regna se contulerint, acta ea exercentibus ad intra per viginti leucas in perpetuum monetæ, vulgo *forera* solutionis libertas conceditur: per sex annorum curricula, veltigalium, idiomate vernaculo *alcabalas, servicio ordinario y extraordinario*, onerumque publicorum, id est, *concegies*; sed si hujusmodi qualitatis exteri haud fuerit, dummodo in eisdem regionibus cum ornata domo per decem annos vitam traxerint, seu cum naturalibus feminis per sex matrimonio juncti, ad munera Reipublicæ admitti possunt, dum exceptionem non mereantur (2).

(1) *Auct. Acord. 22. tit. 4. lib. 6. ibi: Cédula.* Por quanto los Cónsules y hombres de negocios (de tal nacion) me han representado, que siempre en aquella Ciudad ha tenido su nacion Juez Conservador, hasta que se declaró la última guerra; y respecto de necesitar los Ingleses, Franceses ú Holandeses de Juez Conservador, para que en sus negocios y dependencias tengan á quien recurrir, en conformidad del tratado de paces, celebrado en Utrecht, suplicándome que en esta consideración tenga por bien de nombrarme Juez Conservador, y que lo sea uno de los Alcaldes ú Oidores (de tal parte), y habiendo condescendido en esta instancia: Por tanto atendiendo á las buenas partes de integridad é inteligencia, que concurren en Vos F. Alcalde ú Oidor de la Chancilleria ú Audiencia (de tal parte) en virtud de la presente; os elijo y nombro por Juez Conservador de la nacion (de tal parte) en la referida Ciudad (de tal), y os ordeno y mando, que veais los tratados de paces ajustados entre esta Corona y aquellos Estados, y hagais guardar y cumplir lo estipulado en ellos: *Apuntamiento.* Debe considerarse vecino en primer lugar qualquier extranjero que obtiene privilegio de naturaleza: el que nace en estos reynos: el que en ellos se convierte á nuestra Santa Fé Católica: el que viviendo sobre sí, establece su domicilio: el que pide y obtiene vecindad en algun domiciliado en ellos; y si no es la muger natural, por el mismo hecho se hace del fuero y domicilio de su marido: el que se arrayga, comprando y adquiriendo bienes raíces y posesiones: el que siendo oficial viene á morar, y exerce officios mecánicos, ó tiene tienda, en que vender por menor: el que tiene officios de concejos, públicos, honoríficos ó cargos de qualquier género, que solo pueden usar los naturales: el que goza de los pastos y comodidades, que son propias de los vecinos: el que mora diez años en casa poblada en estos reynos; y lo mismo en todos los demas casos en que conforme á derecho común, reales órdenes y leyes, adquiere naturaleza ó ve-

ac si vere, & proprie in ipsa patria natales haberent; adhuc tamen naturæ beneficium sibi non est denegandum, ut originarius civis illius loci dici mereatur, ubi vere natus est.

Civilitas domiciliaria ea est, quæ per extermin aliena patria eligentem domicilium acquiritur. Et ista ubi quæsit sit, eosdem favorabiles, ac odiosos operatur effectus, quos ipsa originaria, seu natalis civilitas producit, cum ei assimilata sit, nisi munerum qualitas veram, ac naturalem pro loci moribus, vel legibus exigat, istamque fictam non admittat.

Quamciudad el extranjero, y que segun ellas está obligado á las mismas cargas que los naturales por la legal y fundamental razon de comunicar de sus utilidades, siendo todos estos legitimamente naturales, y estan obligados á contribuir como ellos; á distinguiéndose los transeuntes en la exoneracion de officios concejales, depositarios, receptorias, tutelas, curadurias, custodia de panes, viñas, montes, husespedes, leva de milicias, y otras de igual calidad: (2) *Reg. Shed. 2. August. 1781. Sated:* Que la ley sesenta y seis, titulo quarto, libro segundo de la Recopilacion contiene cinco capitulos dirigidos á establecer varios medios para el aumento de la poblacion de estos reynos, y se permite por el quinto, que los extranjeros de ellos, como sean Católicos y amigos de la Corona, que quieran venir á ella á exercitar sus officios y labores, lo puedan hacer; y se manda, que exercitando actualmente algun officio ó labor, y viviendo veinte leguas de la tierra adentro de los Puertos, sean libres para siempre de la moneda forera, y por tiempo de seis años de las alcabalas y servicio ordinario y extraordinario; y asimismo de las cargas concejales en el lugar donde vivieren, y que sean admitidos como los demas vecinos de él á los pastos y demas comodidades, encargando á las Justicias les acomoden de casas y tierras, si las hubieren menester: y los demas extranjeros, aunque no sean oficiales, ni laborantes, habiendo vivido en este reyno diez años en casa poblada, y siendo casados con mugeres naturales de él por tiempo de seis años, sean admitidos á los officios de república, como no sean Corregidores, Gobernadores, Alcaldes mayores, Regidores, Alcaldes depositarios, Corredores, ni otros de gobierno, porque en quanto á esto, y á los Beneficios Eclesiásticos, se dexa en su fuerza y vigor lo dispuesto por las leyes: y se dexa á las Justicias los acomoden en todo lo que se pudiere de casas y tierras para labor, por el beneficio que se considera de su asistencia. En mi real Cédula expedida en Aranjuez en treinta de Abril de mil setecientos se-

- 46 Civilitas privilegiata, quæ magis ficta dicitur, ea est quam pro generali regula nobilitas ad instar solus supremus Princeps concedit, eaque de regalibus reputatur. Solus enim supremæ potestatis est fictum reddere verum, atque veri operationem ficto tribuere. Subditæ enim civitates, & inferiores domini sine expresso supremi Principis indulto eam solam concedere possunt civilitatem, quæ concedenti, atque ab eo dependentibus præjudicet, non autem ut personæ statum in omnibus firmet. Hactenus Cardin. de Luc. de præminentibus in Summa à n. 94. ad 103.
- 47 Ad effectum veræ, & naturalis civilitatis licet requiratur natiuitas in loco, ad text. in leg. Cives 7. cod. de incolis lib. 10. leg. Assumptio 6. §. Filius, ff. ad municipalem concord. Card. de Luc. de præminentibus. disp. 27. num. 7. Giurba observat. 76. num. 1. Merlin. decis. 882. num. 1. & 2. Rota in Syontina Archiepiscopatus 14.

Quamquam, prout supra notatur, dispensatio ad tollendam necessitatem, ad intra viginti leucas domicilium habendi dumtaxat se extendat; tamen non in omni alienigenarum admissione idem tempus, ut prædictis immunitatibus perfruatur, est determinatum: Si exemptiones, quibusdam Incolæ ad Marianum Montem, vulgo Sierra Morena, implendum invitatur, perleguntur, decem annorum spatium concessum invenitur (1); si scrutatur dispositio, per quam Coloniam, aut locum sub titulo hispano Encinas del Principe, condi præcipitur, sex sunt designati (2); iidemque ultimate, nulla distinctione facta inter naturales, ac exteros, civitatem unicam, præter capitalem, in Majorica sitam, nationali denominatione Alcedia, habitantibus fere concessi (3); voluntas nostri Catholici Regis erit lex, nam attentis omnibus à ratione non potest deflectere.

tenta y dos, por la qual se dispone que los Maestros de coehes extrangeros, ó regnicolas aprobados en sus respectivas Capitales de tales Maestros que quisieren establecerse en Madrid ó en otra parte del reyno, á exercer este oficio, se les incorpore en el gremio correspondiente, presentando su título ó carta de exámen original, y contribuyendo con las cargas y derramas que les correspondan, previene entre otras cosas, que para que sirva de aliente y seguridad á los artesanos diestros extrangeros que quisieren establecerse en Madrid ú otra parte del reyno á exercer sus oficios, de qualquier calidad que sean, se les observen las franquicias que por leyes de estos reynos les estan concedidas; y las quales renové en esta parte, con declaracion de que gozaran de estas franquicias, y libertad de derechos en qualquiera parte donde se establezcan, sin necesidad de vivir veinte leguas de la tierra adentro de los Puertos, como se dispone en el capítulo quinto de la ley sesenta y seis, título quarto, libro segundo de la Recopilacion, de que queda hecha expresion, el qual derogué en esta parte por la misma real Cédula. Y en la real Ordenanza adicional de reemplazo del Exército de diez y siete de Marzo de mil setecientos setenta y tres, al número segundo del capítulo segundo, manifesto mi deliberada voluntad en quanto á que para el sucesivo reemplazo anual, como dirigido al establecimiento de un cuerpo sólido y permanente de tropa nacional, han de ser sorteados solamente mis fieles vasallos, que con esta calidad tengan la de naturales de estos reynos; y que aunque pudiera tomar en quanto á extrangeros las providencias propias de mi Soberania, ó que exigiesen las circunstancias, habia resuelto eximirlos de los sorteos, porque con mayor facilidad puedan fixar sus residencias, y vecindad en estos reynos, para gozar las exenciones que les conceden las leyes, y señaladamente la citada sesenta y seis, título quarto, libro segundo, capítulo quinto de la Recopilacion. Estas providencias conspiran á que las tales personas tengan residencia y domicilio fijo, pues lo demas es opuesto á la ley once, título once, libro octavo, ley primera, título veinte, libro séptimo, auto acordado único del mismo título y libro, y ley cincuenta y nueve, título diez y ocho, libro sexto de la Recopilacion, que prohiben los Caldereros y Buhoneros extrangeros, y demas que andan vendiendo bugerías por las calles y pueblos, reputándolos por vagos y gente sospechosa, y mandando proceder contra ellos, cuyo concepto merecen los que sin domicilio fijo andan de Pueblo en Pueblo, ó de Feria en Feria con el pretexto de vender ó revender varias menudencias, que no puede alcanzar su precio á la manutencion de las personas y costo de viages. Reconocien-

- Martii 1646. coram Verospio, Barbosa de offic. & potestate Episcoporum. part. 2. allegat. 4. num. 2. & 3. cum aliis ibi allegatis. Attamen si sequatur natiuitas extra patriam originariam occasionaliter, quia nempe parentes ibi morerentur occasione officii, feudii, militie, mercaturæ, & hujusmodi, habetur ac si vere, & naturaliter natus esset in propria patria. Felin. in cap. Rodolphus num. 14. de de rescriptis. Menoch. consil. 86. num. 9. cum sequent. & lib. 6. præsumpt. 30. num. 10. & 17. Giurba dict. observat. 76. Othobon. decis. 148. num. 8. Cardin. de Luca loc. cit. num. 9. allegans ad id Rotam in Anconitana, & in Avenion. Originarius enim, seu oriundus dicitur à natiuitate propria, seu paterna, per text. in cit. leg. supra num. 46. Jason. in leg. Hujusmodi, cap. Legatum n. 18. ff. de Legatis 1. Mandos. ad regul. Cancellar. reg. 16. quest. 40. Lexicon juris verb. Oriundus, Barbosa loc. citat. num. 3. & 6. cum aliis ibi allegatis. Cum quis civile in-

do el mi Consejo la poca ó ninguna observancia que tienen estas justas deliberaciones, los perjuicios que se ocasionan á los intereses de mi real Hacienda, y los daños que se causan á mis vasallos de tolerarse semejante clase de gente vaga, que con frecuencia se encuentra implicada en varios delitos; deseando evitar estos desórdenes, acordó expedir ésta mi Cédula. Por la qual mando á todos y cada uno de vos en vuestros lugares, distritos y jurisdicciones, que con ningun motivo ni pretexto permitais, que, así los que sin domicilio fijo venden por las calles eggles de yeso, botones de olor, palliteros, anteojos, y otras menudencias de esta clase, como los Caldereros y Buhoneros, que andan por los Pueblos, y se hallan en todas las Ferias con cintas, cordones, evillas y pañuelos, anden vagando de Pueblo en Pueblo, ni de Feria en Feria, haciéndoles saber, que fixen su domicilio y residencia, con apercebimiento, de que se les tendrá por vagos, y se les dará como á tales la aplicacion correspondiente á las Armas ó Marina, lo que executareis irremisiblemente, arreglándoos en el modo de proceder, y en todo lo demas á las providencias comunicadas en punto de vagos: que así es mi voluntad.

- (1) Reg. Sediæ. 5. Julii 1777. cap. 56. Aunque por éstas se concedan seis años de exención, tributos y cargas concegiles á los extrangeros Artistas que se introducen en estos reynos: S. M. amplia este término al de diez años, en consideracion á la calidad de Pobladores, y al mayor trabajo que han de tener para edificar, romper y cultivar las tierras:...
- (2) Reg. Provis. 23. Decembris 1778. cond. 25. Así los labradores, como los demas vecinos que se establezcan en el Pueblo, han de estar exéntos por los primeros seis años de pagar las contribuciones provinciales; bien entendido; que no se han de establecer impuestos algunos sobre los comestibles, ni otro algun mantenimiento, ni sobre los licores, salvo el aguardiente, que en caso de venderse, por ser género vicioso, deberá recargarse, con sobreprecio á favor de los propios. Concluidos que sean los seis años, se arreglará la forma del pago de las reales Contribuciones, precedido el correspondiente conocimiento, y objeto de facilitar á los vecinos el libre comercio de sus frutos.
- (3) Sediæ. 22. Maji 1779. num. 3. Que á los vecinos y nuevos pobladores que se establezcan en la ciudad y territorio de Alcedia, bien sean naturales ó extrangeros domiciliados, no se les exija ningunas contribuciones por seis años, pues por este tiempo se les remito y perdono todas conforme á las leyes de estos reynos.

- indiget locum originis alicujus eum esse, in quo ejus pater natus est, leg. Assumptio 6. §. 1. leg. Ad municipalem & leg. Si ut proponis 2. cod. de Municipibus lib. 10. Alciat. in leg. 147. n. 4. ff. de verb. signific. Petr. Greg. in troch. de usuris lib. 3. cap. 1. num. 15. Campanil. in divors. jur. canon. rubr. 9. cap. 8. num. 8. Barbosa loc. cit. num. 5.
- 48 Civilitas etiam per spirituale natiuitatem acquirunt, ita ut in illo loco qui dicitur ortus, ubi salutaris lavacro sacri Baptismatis fuit ablutus, quia Baptismus est natiuitas spiritualis, & de ea ad naturalem validum est argumentum; c. Debitum, de Baptismo juncto, c. Inter corporalia, de translat. Episcop. & in specie firmant Lucas de Penna, in leg. Cives num. 3. & 47. cod. de Incolis lib. 10. ibique Amasa num. 47. Gratian. cap. 75. n. 16. ubi quod procedat nedum quoad spiritualia; sed etiam quoad temporalia, Paschal. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 106. & sequent. Ciardin. cap. 149. numer. 12. Merlin. controvers. juris cap. 32. num. 22. lib. 2. Barbosa de offic. Paroch. cap. 7. num. 5. Carleval. de judic. tit. 1. disput. 2. num. 111. Navarvus pluries judicatum referens in Senatu Neapolitano in Pragmatic. 1. de immunit. Neapol. collect. 2. num. 14. Antunez de donat. regul. leg. 1. part. 2. cap. 15. num. 5. Rocca disput. seculi. cap. 83. num. 4. cum aliis ibi citatis, Amosaz. de causis pils lib. 4. c. 7. n. 2. & 3. cum aliis ibi allegatis.
- 49 Civilitas originis non amittitur ob alterius loci incolatum necessarium, vel occasionalis seue causativum negotiationis. Bartol. in leg. fin. §. Item rescriperunt, ff. ad municipalem. sub num. 5. Altograd. consil. 97. num. 16. & sequent. volum. 1. Card. de Luca de regalibus discept. 97. n. 11. disp. 128. num. 9. Rota part. 5. recent. decis. 66. num. 23. §. seq. & communis aliorum.
- 50 Potest quis acquirere, & retinere duplicem civilitatem, unam scilicet originis, alteram domicilii; leg. Adsumptio 6. §. Juris, ff. ad municipalem. Cardin. de Luca de præminent. disp. 37. num. 3. Ursaya tom. 7. part. 2. disc. 31. sub num. 33. §. Ratio est. Rota part. 5. tom. 1. recent. decis. 137. n. 13.
- 51 Civilitas domiciliaria acquirunt decenniali habitatione; Rota part. 9. recent. tit. 1. disp. 127. num. 6. Card. de Luca de præminent. disc. 27. num. 3. Barbosa citat. allegat. num. 28. cum pluribus ibi citatis, maxime si sit cum acquisitione domus, ac aliorum bonorum, & supplantatione onerum viciorum; leg. Nec ipsi 1. §. leg. Cives 7. cod. de Incolis. Talis enim decennialis habitatio perpetuæ permanentie regulariter suffragatur. Rota part. 13. recent. decis. 261. num. 3. Et domicilium est habitatio animi destinatione perpetua, in qua quis rerum suarum magnam summam constituit; leg. 1. ubi Bartol. num. 11. leg. Assumptio 6. §. Jurisprudentialibus: ibique idem Bartolus num. 2. ff. ad municip. leg. Cives 7. de Incolis lib. 10. cap. Cum nullus, ubi gloss. verb. Domicilium; de temporib. ordinat. in 6. Menoch. de arbit. casu 86. à num. 6. §. lib. 6. de præsumpt. quest. 42. num. 2. Mascardus de probat. conclus. 535. num. 13. Gratian. discept. forens. cap. 181. num. 10. cum sequentibus. Torreblanc. l. 2. cap. 3. num. 10. Barbosa citat. allegat. 4. num. 23. Ursaya tom. 6. discept. 50. à num. 62. cum pluribus ibi citatis. Rota in Granaten. Capellanæ 1. decis. 1606. coram Cardin. Marquemont. impressa per Farinac. decis. 188. num. 1. & 2. part. 2. recent. ubi asserit tantum domicilium probari ex animo habitandi, & permanenti, quando scilicet quis cum tota familia movilla bona transportavit, & habit domum apertam.
- 52 In hoc enim differunt domicilium, & habitatio, quia domicilium est locus originis, vel perpetuæ habitationis. Habitatio vero est commoratio in loco per accidentis, & animo aliò se transferendi. Unde ad habitationem sufficit habitare pro aliquo tempore ex aliqua causa, scilicet mercatura, auditorium, & hujusmodi. Ad domicilium autem in aliquo loco constituendum requiritur animus ibi perpetuo permanenti, sine quo non contrahitur domicilium; leg. Cives, cod. de Incolis, lib. 10. Menoch. de præsumpt. quart. 42. num. 2. & de arb. car. 86. à num. 6. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 13. à princip. Barbosa loc. cit. num. 24. & alii.

Non contrahitur civilitas domiciliaria per permanentiam in civitate per decem annos. Immo nec per triginta in servitio alicujus Principis, seu alterius domini. Parisius cons. 53. num. 91. leg. 3. Rota in Romana Beneficiarius S. Petri 30. Martii 1626. coram Pirovano & in Ferrar. Bonorum de Tassonis 18. Martii 1630. cor. cod. Pirovano in vers. Quia de hoc præsupposito, quæ est dec. 109. apud Penzon. ad statut. urb. & part. 9. recent. tom. 1. decis. 312. num. 17. & 18. ubi habetur hæc ratio, quod causa habitandi diversa est ab animo domicilium contrahendi, id est, domicilium non contrahitur sine animo. Unde cum quis habet animum recedendi ab aliquo loco, licet per mille annos ibi habitaverit, non contrahit domicilium, seu domiciliariam civitatem. Joseph Ludovicus Perusinus decis. 76. num. 1. cum sequent. Menochius de arbit. casu 86. num. 7. Marchin. de sacrament. Ordin. tract. 1. §. 5. cap. 7. numer. 1. Barbosa cit. allegat. 4. num. 5.

Præcipua autem conjectura, & præsumptio propensionis animi ad acquirendum domicilium, seu domiciliariam civitatem, ea est, si quis non solum habitationem transtulerit, sed etiam majorem partem familiaris, & omnia bona sua, vel eorum majorem partem tulerit: nam ex illa habitationis suæ, & rerum suarum translatione conjecturatur, & præsumitur animus alicubi perpetuo permanenti, & ibidem domicilium, & civitatem acquirendi; leg. Cives 7. cod. de Incolis, leg. Senatores 3. cod. ubi Senatores cum similibus Ursaya insit. crimin. lib. 1. tom. 3. num. 33. Ugolin. de offic. Episcop. part. 2. cap. 26. §. 2. num. 2. Marchin. cit. tract. 1. §. 5. n. 7. Barbosa cit. allegat. 4. num. 27. & alii passim.

Civilitatem domiciliariam potest quis habere in pluribus locis, si in eisdem habeat domicilium, & bonam supplantatione onerum viciorum, leg. Labeo 5. leg. Adsumptio 6. §. 2. & leg. Ejus 17. §. 2. ff. ad municipalem. Rota part. 5. recent. tit. 1. decis. 177. num. 50. Marchin. loc. citat. cap. 7. num. 10. Ugolin. loc. cit. cap. 26. §. 2. numer. 3. Barbosa loc. cit. num. 37. cum pluribus aliis ibi allegatis. Unde potest quis plures civitates retinere, & 61 ex eis privilegia assequi tamquam diversorum locorum. Rota part. 19. recent. tom. 2. decis. 459. num. 17. cum aliis ibi citatis.

Civilitas legitime acquisita cum habitatione, & solutione onerum, constituit, & designat aliquem esse verum civem, ita ut possit consequi officia civibus debita. Rota cit. decis. 459. num. 15. Nec amittitur talis acquisita civilitas per quamdam necessariam, seu occasionalem absentiam; habitatio enim dicitur continuata etiam ad effectum assequendi honores, & privilegia, quoties relinquatur famulus ad custodiam domus, & bonorum temporæ absentia cum supplantatione onerum. Rota citat. decis. 459. num. 12. Card. de Luca de præminent. disp. 37. num. 4. cum sequent. & alii apud ipsum. Nec civitati 64 loci jam quæsitæ fit præjudicium ex possessione bonorum, quæ sint sita extra illius territorium. Rota cit. dec. 459. num. 21.

Civilitas privilegiata generaliter quoad omnes effectus est de regalibus, & pertinet ad supremum Principis potestatem, sicut non conceditur nisi à Supremo Principe. Card. de Luca de juridic. disc. 46. num. 10. Monac. lib. 6. præsumpt. 30. num. 22. Sessa decis. 90. numer. 3. & 4. Roland. consil. 79. num. 16. lib. 2. & alii apud ipsos.

Civitates non subditæ, & domini inferiores solum in 66 suum præjudicium, eorumque subditorum, eam concedere possunt. Secus autem in præjudicium tertii suum jus ab ipsis independentem metientis; Bartol. in leg. Si maritus 15. §. Legis Juliae in fin. ff. ad leg. Jul. de adulter. Salicet. in leg. Cives num. 4. cod. de appellat. Romanor. cons. 62. num. 9. Roland. cons. 79. num. 16. lib. 3. Berous. cons. 103. num. 6. & 8. lib. 1. Sessa decis. 90. numer. 3. & 4. Salernus consil. 4. per tot. Cardin. de Luca de juridic. disc. 46. num. 10. & de præminent. disc. 13. num. 25. cum sequent. Et ratio est quia civilitas, & formalis adoptio tertio præjudicialis fieri non potest, nisi cum auctoritate principis, qui solus tollere potest jus tertii, ac facere verum id, quod est fictum.

67 Unde civitas concessa per civitatem subditam, vel per Baronem, aut Dominum inferiorem, non prajudicat Episcopo, qui solum exigit quedam vectigalia a forensibus, non autem a civibus, cum Episcopus ipsi civitati, aut Baroni, seu domino inferiori non sit subjectus. *Beatus cons. 104. num. 6. & lib. 1. Card. de Luc. de juris. cit. disc. 46. num. 10.*

68 Civitas privilegiata concessa per totam civitatem, seu consilium generale, per eandem totam civitatem, seu generale consilium tolli debet, non autem per magistratum particularem: *Card. de Luc. de praeminentiis disc. 38. n. 13. cum aliis ibi citatis. Unumquodque enim dissolvendum est eodem vinculo, quo est ligatum, cum eadem res per quascumque causas nascitur, per eandem dissolvatur, textu expresso in cap. Omnes res 1. de regul. jur. n. 13. cum aliis ibi citatis.*

69 Civitas naturalis, & originarius alicujus loci secundum aliquos dicitur, qui natus est etiam per transitum in tali loco, quamvis parentes ibi nati non sint, nec habeant domicilium, nec bona, nec animum ibi habitandi, sed casu ibi, aut tamquam peregrini reperti sint. Unde volunt ex sola nativitate pendere originem. *Sic Felin. in c. Rodulphus 35. de rescript. num. 14. Craveta volum. 3. cons. 441. num. 3. Barbosa in leg. Hares absens, §. Proinde, ff. de iudiciis art. de origin. for. num. 3. Riccius in praxi for. dec. 299. num. 4. Gratian. discept. foren. cap. 75. d. num. 1. Amaya in leg. Cives 7. codic. de incolis num. 43. Narbona in leg. 2. tit. 1. lib. 4. Recopil. gloss. 2. d. num. 138. & alii per text. in leg. Municipem 1. ff. ad municipalem, & in leg. Cives 7. cod. de incolis.*

70 Secundum autem alios, ut quis dicatur civis naturalis, & originarius alicujus loci, verius requiritur ultra suam nativitatem in tali loco, quod etiam patet in illo loco habeat domicilium constitutum, nec sufficit esse peregrinum, aut casu ibidem inveniri. Ita *Carleval. de iudic. leg. 1. tit. 1. disp. 2. quart. 2. num. 93. Andr. contr. 293. d. num. 49. Duno. Junior dec. 743. num. 8. Cevallos commun. quest. 458. num. 17. Sanchez de matrim. leg. 3. disp. 23. num. 3. Trullench. lib. 7. Decalog. cap. 18. dub. 7. num. 3. Marchin. de Ordin. p. 1. lib. 3. cap. 6. num. 8. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 2. allegat. 4. num. 7. ubi citat Rotam Romanam dec. 327. num. 3. part. 1. divers. & Doctores in capit. Rodulphus 35. de rescriptis, per text. in leg. Filios 3. codic. de municip. & originarij, qui textus ad originem supponit domicilium esse necessarium, quapropter si casu alibi filius nascatur seu in aliquo alio loco per transitum natus sit, ibidem non contrahit, sed sequitur domicilium patris, ubi ipsum habet: quamvis enim aliqua iura dicant originem contrahi, ubi quis natus est, non expresse loquuntur ex sola nativitate. Unde intelligenda sunt, quando quis natus fuerit in domicilio patris, non vero alibi casu, aut quando peregrinus fuerit, ut ex citatis recte tradit Amostaz de causis piis lib. 4. cap. 7. numer. 7. & 11. & alii.*

71 Hinc si legatum, v. gr. relictum sit pro puellis originariis alicujus loci, debetur illis, quae ibidem natae sunt, non casu, aut per transitum, sed quando pater domicilium ibi habuit, aut est locus, ubi pater natus est, aut de jure communi, ubi avus natus fuit, & neptis nata in ejus potestate. *Sic expresse Amostaz loc. cit. numer. 11. & concordant omnes supracitati & alii.*

72 Civis originarius, ac naturalis paternae patriae dicitur qui etiam natus sit extra patriam originariam occasione, nati, quia nempe parentes ibi morabantur occasione officij, feudij, militiae, mercaturae, & hujusmodi; *leg. Adsumptio 6. §. 1. ff. ad municip. leg. Si ut proponis 2. cod. de municip. leg. Hujusmodi 84. §. Legatum, ff. de Leg. 1. Vid. supra num. 48. & 50.*

73 Civis originarius esse non desinit, qui alibi necessarium, vel occasionele domicilium habet; *Rota cor. Durano dec. 31. num. 4. cum sequentibus & part. 5. recent. dec. 137. num. 13. & part. 13. dec. 364. num. 7. Bertazzol. cons. civil. 56. num. 14. Peregrin. cons. 126. numer. 7. usque ad fin. lib. 5. Pitonius part. 4. discept. 122. n. 8. & alii passim per text. in leg. Adsumptio 6. §. 1. & 2. leg. Eius 27. §. 2. ff. ad municip. Vide supra n. 52.*

74 Civis domiciliarius alicujus loci dicitur, qui ibi licet

aliunde oriundus, jam per decennium habitat cum animo perpetuo ibidem permanendi. *Sic Doctores communiter per text. in leg. Cives 7. cod. de incolis, leg. Municipem 1. & leg. 6. §. Jurisprudentialibus, ff. ad municip. Vide supra num. 54. §. 5. & 9. ubi assignantur, ex quibus conjecturetur animus alicubi perpetuo permanendi.*

Potest quis eodem tempore esse civis domiciliarius 75 plurium locorum, si in eisdem habeat domicilium & bona cum supportatione onerum civiorum; *leg. Labeo 5. leg. Adsumptio 6. §. 2. & leg. Eius 27. §. 2. ff. ad municipalem, Rota part. 5. recent. tit. 1. dec. 177. num. 50. Vide n. 60.*

Et sic esse civis alicujus loci, & habere incolatum, 76 & domicilium in alio. *Rota part. 8. recent. cit. dec. 177. num. 12. Ac sic privilegia assequi tamquam civis diversorum locorum. Rota part. 19. recent. tom. 2. dec. 459. num. 17. cum aliis ibi allegatis. Vide supra n. 61.*

Civis ex privilegio dicitur civis verus, & proprius, 78 non minus, ac civis originarius; *leg. Municipem 1. ubi Gloss. & Bartol. num. 16. ff. ad municip. leg. Cives 7. cod. de incolis, Arctin. in leg. 2. in princip. vers. Nam si civis creatus ff. de verb. obligat. Castrens. consil. 37. lib. 1. Ruin. consil. 117. num. 8. lib. 1. Bald. in leg. 3. §. Haec verba num. 2. ff. de negot. gest. Rocca disput. select. cap. 83. num. 1. cum aliis innumeris ibi allatis. Et eadem civitas ex privilegio transit in filios alibi quoque natos, licet de illis non fuerit facta mentio in concessionibus; *leg. Adsumptio 6. §. Filius, ff. ad municip. & clarus in leg. Libertus 17. §. Patris, ff. cod. leg. Filius 3. cod. de munic. Bart. in d. Libertus, §. Patris, Bald. in l. Non plures, cod. de saecros. ecclesiis, Menoch. consil. 165. num. 6. lib. 2. leg. Peregrinus consil. 126. num. 2. lib. 5. Rocca loc. cit. num. 2. cum pluribus aliis ibi allegatis.**

Quamvis autem princeps per suum privilegium possit 80 creare civem externum, qui gaudeat omnibus immunitatibus, & prerogativis, quibus gaudent alii originarii, non tamen potest facere, ut sit originarius. *Rota cor. Seraphin. dec. 1251. num. 9. & part. 9. recent. tom. 1. dec. 180. num. 9. & 10. Bartol. in leg. Si is, qui proemptore n. 23. ubi Jason. n. 120. & Bologn. n. 224. ff. de usucap. & alii.*

Si enim statutum, seu dispositio aliqua requirat, quod 81 alicuius sit verus civis, ista verba sunt naturalia, & non possunt verificari iniquitate civili acquisita per rescriptum principis, ut ex communi sententia tradit Lara de annivers. lib. 2. cap. 4. num. 95. cum sequentibus. & n. 169. Rota part. 9. recent. tom. 1. dec. 180. d. num. 6. cum aliis ibi citatis, per text. in leg. fin. cod. de his, qui vernian. status impetrat. ubi etiam 26. annorum completer tantum annorum curriculum, non vero imperiali beneficio.

Hinc cum statutum, seu dispositio aliqua requirit, ut 82 quis sit verus civis origine propria, & paterna, excludit legitimum, cum filius legitimus non dicatur verus civis in sui origine, sed efficitur per fictionem ex post facto, & qualitas requiritur in origine, non sufficit si superveniat. *Rota cor. Seraphin. dec. 1300. ad fin. vers. Sed vis est de improbando, & part. 9. recent. tom. 1. dec. 180. d. num. 11. Baldus consil. 367. num. 1. vers. Item quando Soccin. jun. cons. 12. num. 8. post medium & seq. lib. 4. Ruin. consil. 92. n. 13. lib. 3. Roland. cons. 100. num. 26. & sequentibus lib. 2. Cephal. consil. 111. num. 13. Natta consil. 602. num. 2. & 3. Decian. cons. 88. n. 12. lib. 2. Mantica. de conjectur. lib. 11. tit. 12. num. 19. vers. Quarto ergo considero, Peregrin. de fideicommiss. art. 24. num. 29. & 32. Fachin. lib. 4. controver. cap. 84. vers. Ego eorum sententiam.*

Civis ex privilegio, quamvis non habitat in civitate, 83 adhuc tamen gaudet beneficio civium quoad immunitatem a solutione vectigalium, cum habitatio non sit de substantia civilitatis. *Bartol. in leg. Municipem 1. ff. ad municipalem Soccin. Senior. consil. 35. ante num. 8. vers. Quarto probatur lib. 1. Alexander cons. 117. num. 13. lib. 2. Decian. cons. 44. num. 37. & sequentibus praecipue num. 62. usque ad fin. lib. 4. Cephal. consil. 451. n. 104. & seq. leg. 4. Peregrin. cons. 126. per tot. lib. 5. Surd. consil. 346. num. 11. Menoch. cons. 1129. num. 11. Ciriaco. controver. 291. num. 40. & 543. num. 54. Rocca loc.*

l. c. n. 6. alicui apud ipsum dicentes, regulare esse, ut habitatio ad retinendam civitatem non sit necessaria.

Civis ex privilegio etiam creatus cum onere habitandi, 84 civitatem non admittit, nisi fuerit interpellatus adimplere. *Menoch. cons. 131. num. 5. & seq. Rocca loc. cit. num. 18. Bero consil. 153. lib. 3. Cyriac. contr. 143. num. 56. Andreol. contr. 249. num. 6. Castald. contr. 153. num. 21. & consil. 53. num. 9. & alii.*

Immo requiritur Judicis declaratio, & quod interpellatus contumax fuerit, & per annum omiserit adimplere. *Glossa in §. Si quis autem non implens, verb. Admonitus, authent. ad heredit. & Falcidia, Alciat. resp. 12. num. 3. & sequentibus resp. 13. num. 6. lib. 4. Cyriac. contr. 143. num. 17. Andreol. contr. 239. num. 6. Gobius consil. 116. num. 97. Rocca loc. cit. num. 19. & alii. Et hoc ex ratione communiter recepta, quia modus impleri debet per compulsionem ad differentiam conditionis, quae impleri debet per expulsionem, seu exclusionem, quae est regularis differentia inter modum, & conditionem, prout refertur authent. Hoc amplius, cod. de fideicom.*

Civium appellatio veniunt etiam comitatenses, seu forenses, pati in suburbis, praecipue in forabilibus, & in materia, quae utriusque conveniat: *Nomine autem territorij venit quiddam intra fines loci simul cum ipso loco continetur; leg. Pupillus, §. Territorium, ff. de verborum significat. & natus in suburbis, & continentibus vicis idem est, ac si in oppido natus fuisset; leg. Qui in continentibus 147. ff. de verbor. significat. leg. Qui ex vico 300. ff. ad municip. Rota part. 18. recent. tom. 2. dec. 431. num. 13. & dec. 557. num. 8. Gratian. disceptat. 217. num. 10. cum duob. sequentibus. Martin de Monte de finibus regendis, cap. 6. num. 9. inter tract. diversorum tom. 3. part. 2. fol. 334. Rebuff. in leg. 2. column. 1. in §. In quantum ff. de verbor. significat. Soccio. in leg. 2. ff. de reb. dubiis, & alii. Hinc filius originem habens a patre nato in suburbis, seu villa, in collegium civitatis, vel oppidi recipiendus est, cum per citatas leges. Qui in continentibus, & Qui ex vico, natus in suburbis, & continentibus vicis, idem sit, ac si in civitate, vel oppido natus fuisset. Rota part. 18. recent. dec. 117. n. 11. & 12. Baldus cons. 183. num. 1. lib. 3. & alii.*

Civibus ex privilegio nihil suffragatur privilegium civilitatis ad effectum successione, nisi excludantur exteri forenses. *Rota arr. discussio in Casenat. heredit. 16. Januarii 1620. coram Pirovano, & part. 6. recent. dec. 160. num. 28. Afflic. dec. 384. n. 6. & alii. Prout etiam non suffragatur, si quis eodem privilegio civilitatis non est usus, nec unquam habitavit, nec onera sustinuit; ut multis cumulatim firmavit Rota in Romana, seu Casenatens. hereditatis 6. Nov. 1619. & 18. Jan. 1620. coram Pirovano, & part. 5. tom. 1. dec. 177. n. 57.*

Civis autem ex privilegio admittitur ad beneficium, ad quod vocantur totae civis civitatis. *Sacra Congregatio Concilii in Romana 19. Septembris 1649. lib. 28. Decret. fol. 647. referente Ursaya instit. crimin. l. 1. tit. 3. num. 31.*

Civitas tamen Bononiae ex concessione Julij II. habet privilegium, ut illa civitas non nisi civibus conferri possit, idemque privilegium confirmatum fuit per duos Pontifices Bononienses Gregorium XIII. & Gregorium XV. quorum ultimus addidit, ut civitas ex privilegio non surrogaretur. *Sic Cardin. de Luca de beneficiis dicit. 113. n. 1.*

Generaliter vero loquendo beneficia civibus potius quam exteri conferri debent; & originarii, seu naturales loci praerentur sunt exteri, seu alienigenis. *Rota part. 3. recent. dec. 61. num. 1. Card. de Luca de beneficiis disc. 96. num. 12. Decius consil. 542. num. 13. Roch. de Curt. tract. de Jurepatron. verb. Honorificum, num. 45. cum pluribus sequentibus, & alii. Licet enim in beneficiis est regula quod apud Deum non est accipio personarum, ista qualitas civilitatis non reputetur excessaria, & sola qualitas loci non sufficit de jure ad exclusionem a beneficio, per Rotam part. 13. recent. dec. 55. n. 12. (Vide verb. Accipio personarum; etiamque lit. A. pag. 8. in addit. hispanic. verb. Concursum,*

verb. Hiscie in regnis:)) Atamen data aequalitate idoneitatis, aequae in concursu dicitur considerabilis, ac specie etiam benemerentiae, ob quam ceteris paribus prelatio saltem de congruo, seu de honestate debeat, ex collectis apud Cavill. dec. 66. aliis dec. 232. part. 7. recentior. & pluribus ex precedentibus; nec discordat in hac parte haec justa, & recta opinio a juris communis dispositione, secundum quam beneficia, officia & gubernaria propriis civibus, non autem exteriis demandanda, & conferenda sunt, ut post multos firmavit Rota in Perusiana Abbatie 14. Januarii 1701. §. Accedente, coram Scuto apud Ursayam tom. 8. part. 2. discept. 8. num. 9. & eadem Rota part. 7. recent. dec. 232. num. 11. dicens, quod cum beneficia sint fundata ex bonis illius civitatis, seu loci, fraudenter fundatores sua ultima voluntate, si eorum redditus ad extraneos transferentur. *Vide ubi supra ad rem.*

Immo si fundator legem imposuit, ut beneficium conferatur solis originariis, seu oriundis ex tali loco, & non alienigenis, nullimode conferri poterit exteri, tum de Jure divino, tum de Jure canonico, tum de Jure civili. *De Jure divino, Denter. cap. 17. num. 15. ibi: Non poteris alterius gentis hominem facere regem: & cap. 18. n. 15. ibi: Prophetam de gente tua. De Jure canonico, cap. Bonae memoriae 4. §. Quia vero, de postulat. Praetor. ibi: Non poteramus salva providentia eidem ecclesiae de persona alterius regni providere, ut allegat Rota part. 7. recent. dec. 232. num. 9. stando in pro sensu canonis, non praecise in litera: cap. Ne pro defectu 41. de elect. cap. Ne emeritis, & cap. Nullus, distinct. 61. cap. Atros, dist. 98. cum similibus. De Jure civili, leg. In ecclesiis 11. cod. de Episcopis, & Clericis, ibi: Clerici non esse alia possessione, vel vico, sed ex eo, ubi ecclesiam esse consisterit, ordinantur, leg. unic. cod. Non licet habitatoribus, ibi: Ut nullo extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur, & concordat Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 6. de reform. ubi expresse jubet, ut in conferendis beneficiis serventur omnino conditiones, & qualitates in eorum erectione, seu fundacione impositae, ibi: Ratio postulat, ut illis, quae bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur: quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundacione, aut alius institutionibus qualitates aliqua requiruntur, seu certis illis onera sunt injuncta in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogatur.*

Et ratio est, quia voluntas testatoris, seu fundatoris 94 tamquam lex est omnino servanda; c. Ultima voluntas 4. caus. 13. quest. 2. ibi: Ultima voluntas defuncti modis omnibus servari debet; leg. In conditionibus 10. ff. de conditionibus, & demonstrationibus, ibi: In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet; eaque regis conditiones; leg. Cum, quest. 23. in fin. cod. de Legatis, ibi: In omnibus etenim testatoris voluntatem, quae legitima est, dominari censemus. *Nec ab alio, quam a Summo Pontifice, & quidem de potestatis plenitudine in his circumstantiis dicta ultima voluntas commutari potest, juxta text. in Clement. Quia contigit, de religiosis domibus, & in leg. Legatum, ff. de administrat. rerum ad hereditatem pertinent. & animadversa per Monet. de commut. ultim. volunt. c. 5. quest. 1. concl. 1. num. 86. Ursayam tom. 8. part. 2. disc. 1. num. 12. & Rota dec. 560. num. 2. ibique addendo num. 12. coram Burat. & dec. 979. d. num. 1. dec. 1042. num. 1. cor. Emerix jun. part. 7. cit. dec. 232. per tot. cum plurimis ibi adductis.*

Beneficium erectum, seu legatum fundatum pro 95 suis civibus, v. gr. Alexandrinis, debetur tantum natis in civitate, suburbis, vicis, & districtu, non autem natis in toto comitatu, provincia, seu diocesi, per text. in leg. Qui ex vico 30. ff. ad municip. leg. Qui incontinentibus 148. ff. de verbor. significat. & dixit Rota dec. 188. num. 3. dec. 327. num. 12. part. 17. dec. 9. num. 1. dec. 429. num. 21. part. 18. recent. & in Romana, seu Senen. dotium 22. Junij 1702. coram Caprara, & 7. Januarii 1704. coram eodem, impress. apud Monacel. part. 2. in append. dec. 49. & 50. Et sic in terminis simi-

illis dispositionis; Lara de amittit. cap. 21. num. 34. ubi de legato factu puellis Toletanis, Gratian. dec. Mar. ch. 96. num. 1. & sequenti. ubi de legato pro maritandis puellis Fanensibus, Ventrigl. prax. for. eccler. tom. 1. annot. 29. num. 12. in fine, ubi de legato factu pro maritandis puellis puperibus Capuae; Capon. discept. 1. 15. tom. 2. Moron. resp. 4. num. 1. & 60. Amostaz. lib. 4. de caus. pils cap. 6. n. 17. cum pluribus ibi citatis.

96 Et si a tali beneficio, seu legato excludantur expresse cives ex privilegio, isti ad illud non possunt admitti, per dicta supra num. 91. ad 94. Et decretum allatum n. 90. intelligendum est de civibus ex privilegio, qui non sunt expresse exclusi, seu de habitibus tale privilegium a Summo Pontifice de plenitudine potestatis derogante expresse similis dispositioni. Non censetur tamen exclusi cives nati extra civitatem originariam occasionaliter, per dicta supra n. 48. & sequenti. n. 52. & 72. Nec nati in civitate & alibi necessarii, & vel occasione domicilium habentes, per dicta supra n. 73. Beneficium, seu legatum ad quod vocantur cives naturales, & originarii alicujus loci, debetur solum natis in tali loco non casu, ubi per transitum, sed quando pater domicilium ibi habuit, aut est locus, ubi pater natus est, per dicta supra n. 70. & 71. Et solum in istorum defectum deberetur natis ibi casu, aut per transitum, ut a fortiori id debent tenere Doctores citati supra n. 69. & patet a pari ex dictis sub verb. Legatum n. 74. 75. & 76.

101 Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur naturales alicujus loci, potest conferri non solum illius loci originarii, seu oriundi, sed etiam illis, qui per decennium ibidem domicilium habent, licet aliunde originem traxerint, dummodo tamen habeant animum ibi commorandi cum retentione domus, & supportatione onerum civicorum, nam talis decennalis habitatio facit quemquam naturalem illius loci; leg. Nec ipsi 2. & leg. Cives 7. cod. de incolis, Rota part. 2. divers. dec. 159. n. 2. Gregorius in leg. 32. tit. 2. part. 3. gloss. diez años, Diana part. 4. tract. 4. res. 140. vers. Nota quinto, Sanchez de matr. lib. 3. disp. 23. num. 2. & lib. 4. cap. 2. dubit. 12. Amostaz. de causis pils lib. 4. cap. 6. num. 58. Ursaya tom. 9. part. 2. disc. 50. per tot. & signanter a n. 60. ubi innumerat ad id assert. Doctores.

102 Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur patricii alicujus loci, potest conferri non solum patriciis originariis, sed etiam domiciliariis. Patria enim est duplex, una originis, altera domicilii, ut notant communiter Doctores allegati, & secuti ab Ursaya cit. discept. 50. a numero 57. Unde cum quis per decennalem habitationem cum retentione domus, & supportatione onerum civicorum, & animo morandi in perpetuum in aliquo loco reddatur verus patricius illius loci, per text. in cit. leg. Nec ipsi 2. & leg. Cives 7. de incolis, debet admitti in tale beneficium, seu legatum, ad quod vocantur patricii. Vide dicta supra n. 53. & sequenti.

104 In dictis tamen, & similibus dispositionibus est serio, attente, & caute investiganda voluntas disponentis, seu erigentis, vel relinquents, idque perpendendum ex verbis ipsis vocantis, & qualitativis vocatorum: Potest enim testator vocare naturales intelligendo non solum domiciliarios, sed etiam oriundos alicujus civitatis, vel oppidi, prout quando est sermo de naturalibus alicujus regni, in quo non domiciliarii tantum intelliguntur, sed etiam qui ibidem originem habent. Gregorius in leg. 2. tit. 24. part. 4. gloss. 14. Salced. ad Bernard. capit. 54. num. 23. Bolanus in Curia tom. 2. l. 1. cap. 1. n. 37. Sanchez consil. 1. l. 2. cap. 1. dub. 9. Amostaz. loc. citat. num. 61. Et aliter potest naturales vocare intelligendo de iis, qui solum sunt domiciliarii, quamvis originem non habeant, ut sunt, qui decennalem habitationem habent in aliquo loco cum retentione domus, supportatione onerum civicorum, & animo ibidem perpetuo permanendi. Item vocando originarios potest testator intelligere non solum de iis, qui nati sunt in loco, ubi parentes domicilium constituunt, sed etiam de iis, qui nati sunt per transitum, seu casu in loco, ubi eorum parentes non habent domicilium, sed tamquam peregrini per transitum, aut casu ibi reperiebantur.

In his casibus, si testator sub nomine naturalium voluerit solos originarios intelligere, non debent admitti domiciliarii, quia exclusi censentur. Castrens. ad partit. consil. 21. num. 5. Menoch. l. 6. praesumpt. 30. n. 22. Gail. lib. 2. observ. num. 6. Barb. in leg. Haeres absens, §. Proinde, ff. de iudicis de for. orig. n. 58. Amostaz. loc. cit. num. 61. & alii passim. Et si voluerit comprehendere etiam domiciliarios, etiam isti, quamvis originem non habeant, sunt admittendi per text. in cit. leg. Nec ipsi 2. & leg. Cives 7. cod. de incolis, & dicta supra num. 53. & sequenti.

Si vocando originarios voluerit testator intelligere solum de illis, qui nati sunt in loco, ubi eorum parentes habent domicilium constitutum; non debent admitti qui nati sunt per transitum, seu casu in loco, ubi eorum parentes non habent domicilium, sed tamquam peregrini per transitum, aut casu ibi reperiebantur, per text. in leg. Filius 3. cod. de municip. & originarius, & dicta supra num. 70. & 71. Si autem voluerit comprehendere etiam eos, qui nati sunt per transitum, aut casu in loco, ubi parentes non habent domicilium; etiam isti veniunt admittendi per text. in leg. Municipem 2. ff. ad municip. & in leg. 7. cod. de incolis, & dicta supra n. 69. & seq.

Cum hoc tamen ordine, quod habeat omnes qualitates volitas a testatore, praefereudi sunt habitibus solum aliquas ex ipsis; unde qui sunt naturales, & domiciliarii, praefereudi sunt pure domiciliariis, & pure naturalibus: & qui sunt originarii nati in loco, ubi eorum parentes habent domicilium, praefereudi sunt originariis natis in loco, ubi eorum parentes non habent dictum domicilium, & sic de similibus. Hoc enim est magis conformē testatoris voluntati, quae tamquam lex est omnino servanda per text. in cap. Ultima voluntas 4. caus. 13. quest. 2. leg. In conditionibus, & demonstrationibus, leg. Cum quest. 23. in fin. cod. de Legatis, & dicta supra n. 93. & sequenti. & n. 100.

Jus civitatis differt a Jure civilitatis. Illud regit latere est potestas dandi; seu concedendi a pago, vel alio loco civitatem, id quod ad regalia majestatis, vel majora principis reservata referunt; leg. 1. cod. de Metrop. Beryt. Stephan. de jurisdic. l. 1. part. 1. cap. 1. membror. 2. num. 114. Linnaeus de jur. publ. 2. cap. n. 128. Hoc autem est jus recipiendi cives, quibus dari solet facultas, seu potestas utendi, fruendi commodis, libertatibus, & privilegiis civitatis; Besold. Thesaur. pract. voce Stadt. Knipsch. de jur. civit. imper. l. 1. cap. 29. numer. 1. & 2. Minimeque de de regalibus; Mavius ad Jus Lubicense part. 1. tit. 2. a. n. 59. & 60.

Civilitas, ut tradit Auctor, acquiritur vel origine, vel domicilio, vel electione. De civilitate, quae origine acquiritur, vulgo dicitur, non matris, sed patris spectandam originem; leg. 1. §. 2. ff. ad municip. leg. Filios, cod. de municip. & origin. At intellige id procedere, si de civilitate quaestio sit, ut quis particeps esse possit commodorum, onerum omnium à jure ipsi civilitati annexorum. Ceterum si de civilitate disseratur, ut admitti quis possit ad commoda ab homine relicta civibus alicujus loci, filius non solum patris, sed & matris sequitur originem; Escobar de pontific. & reg. jurisdic. in stud. capit. 1. num. 53. ad plur. sequenti. & rursus cap. 2. a numero 16. Mendo de Jure academic. lib. 2. quest. 18. numer. 186. & plur. sequenti. Quinimo id ipsum obtinere, si quis non per matrem, sed per aviam, vel proaviam originem ducat à loco de quo agitur, tenent idem Auctores, prior dec. cap. 2. num. 17. & plur. sequenti. posterior dict. quest. 18. n. 181. & plur. seq.

De eo quaeri solet, num natus ante cooptionem patris in civium numerum pro cive originario haberi debeat. Tractant de hac quaestione Besold. Politic. l. 1. c. 16. num. 8. Wurser. in Fascicul. Jur. public. exercit. 2. thes. 15. Carpov. Jurisprud. forens. part. 2. cap. 10. de fin. 32. Lyser. de Jur. civil. §. 10. qui ultimus allegato loco pro affirmativa est, & haec ita se habere concludit, per leg. 2. ff. Decurion. nisi tamen specialiter alicujus civitatis statuto aliud sit introductum.

Quid requiratur ad domicilii constitutionem, explicat, & quidem recte Strykius Dissertat. jurid. l. 9. disp. 10.

cap. 3. §. 6. & plur. sequenti. Confer etiam de domicilio Voet. in Commentar. ad Pandect. leg. 5. tit. 1. num. 91. & plur. seq.

121 Novi domicilii ratio an habeatur, si in fraudem ea mutatio facta sit? Consule Argent. ad consuetud. Britann. art. 9. num. 5. Anton. Febr. in cod. leg. 9. tit. 30. definit. 10. n. 2. Larea decr. 94. num. 7. Ganaver. dec. 6. num. 7. 9. 28. 35. & 48.

122 Quod demum attinet ad affectionem, multum interest, utrum quis recipiatur in numerum civium decreto decurionum, an rescripto principis? Priori casu non aliter gaudet commodis ceterorum civium, quam si & onera eorumdem subeat. Posteriori vero casu gaudere valet commodis ceterorum civium, quin dicta onera subeat, modo princeps sciverit eum non esse subiturum ipsorum onera: idque quia videtur princeps in hoc casu jus civilitatis concessisse sine oneribus illis; Boss. de princ. n. 361. Campell. ad constit. Ducat. Urbini. decret. 23. n. 308.

123 De commodis, & oneribus civilitati à Jure annexis ad Strykius Juridic. dissertat. tom. 9. dissertat. 10. cap. 4. per tot.

124 Tum de modis, quibus amittitur civitas, vide eundem Strykius Juridic. dissertat. tom. 7. disp. 24. fere per tot. egregie aequae ac late disserentem. (Naturalitatis jura concedere quod regio dyademati inhæreat, à legib. 14. 15. 16. 17. & 20. tit. 3. lib. 1. Recop. Castell. 20. tit. 6. lib. 1. Ord. Reg. satis demonstratur: alienigenas obtinere reipublice officia non valere, per leg. 1. tit. 7. lib. 4. Ord. Reg. 1. tit. 5. lib. 6. 1. 2. & 28. tit. 3. lib. 7. Recop. Castell. esserit; iis, ceterisque, quæ in addit. bisp. hic subnectuntur, presentibus, de reliquis precedenti tempore animadversis sermo erit, nihilominus quod aliquid ex nostris legibus ab Auctore prænoteretur.

Bis quintuplex naturalitas consideratur: una est, nimirum nativitas, quæ quidem omnibus praefertur: (Ad rem leg. 1. tit. 20. part. 2. tit. 25. part. 4.) altera, ex vassaligio proveniens: (in tit. 26. ejusd. proxim.) nutrimentum, & educatio tertium locum tenet, illic naturalis intelligitur, ubi nutritus, etsi alio natus: (consonat lex 1. titul. 20. partit. 3.) æquitatis, seu militiae adscriptus subsequitur: quæ per matrimonium acquiritur, quintum locum occupat, nam mulier nupta ejusdem oppidi, cujus maritus, est incolæ: ubi quis laicum, majoremque patriam fortunatam suarum constituit, naturalitatem habebit: septima vero, si à captivitate, morte, seu dedecore quemquam liberaveris: octava, per spontaneam absque alicujus receptione manumissionem: nona, per conversionem ad fidem: decima, & ultima, ob incolarum per decennium: supraddicta à leg. 2. tit. 24. p. 4. confirmantur: ita ut, quamvis in leg. 32. tit. 2. part. 3. ut cognoscatur ante quem Judicem conveniendus sit reus, casus quatuordecim numerentur, inter eos non omittitur decem; quorum mentio jam est facta, referre; videatur etiam circa hasce decisiones gloss. D. Greg. Lop.)

CLAUSURA.

1 CLAUSURA, vide verb. Conventus art. 3. & verb. Moniales art. 3.

2 CLAUSURA monasteriorum quorumcumque virorum regularium asseritur, sublata quibuslibet dispensandi facultate; Benedic. XIV. tom. 1. constit. 30. incip. Regularis disciplinae. Revocat quaecumque indulta, & privilegia admittendi feminas intra clausuram conventuum processum de causa, etiam devotionis, associandi quaesitiones, & sanctissimum Eucharistiae sacramentum, ibid.

3 §. 4. Prohibet quibuscumque, etiam Cardinalibus, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus sub pena nullitatis, & sub ecclesiasticis censuris, Papæ (excepto mortis articulo) reservatis, ne facultates, & licentias ingrediendi clausuram conventuum Religiosorum feminis ullo modo concedant; idem ibid. §. 4. & 5. Vide verb. Conventus art. 3. num. 36. ubi alia necessaria ad rem.

Clausura monialium constabatur ab eodem Pontifice 4 constit. 21. incip. Cum sacrum: in qua monialibus Portugallia, & Algarbiorum monasteria rigorosam clausuram professis, & extra illam degentibus, injungitur redditus ad claustra, & egressus impostorum prohibetur, sublata quibuscumque facultate impostorum indulgendi egressum è monasteriis; ex constit. 40. incip. Salutare: in qua universaliter de clausura monialium confirmantur sanctiones ecclesiasticæ antea editæ, ac revocantur facultates extraordinarie permitendi ingressum & egressum è monasteriis, Et prohibetur quibuscumque, etiam Cardinalibus, sive singulis, sive eorumdem Cardinalium Congregationibus, ne facultates, & licentiæ ingrediendi clausuram monialium ullo modo concedant sub pena nullitatis, & sub ecclesiasticis censuris Papæ (excepto articulo mortis) reservatis; vide verb. Moniales art. 3. n. 99. ubi alia necessaria ad rem. Insuper super monialium clausura constitutiones apostolicæ, & conciliares innovantur, & ordo praescribitur pro introductione mulierum in monasteria, ab eodem Pontifice 1. 2. constit. 27. incip. Per binas, de quibus sub verb. Educandæ, & famulæ, infra:

5 Clausuram monialium violantes ad malum finem, quicumque sint, comprehendunt etiam ipsi monialibus in casibus publicis, non potest Cardin. Major Penitentiarius absolvere, nec mandare absolvi, nisi pro ipsis Episcopi, seu Ordinarii supplicaverint, & casus in Sacra Congregatione Episcop. & Regular. deducti non fuerint; idem constit. 95. incip. Pastor bonus, §. 38.

6 Episcopo licitum est ad impartendam benedictionem moniali in mortis articulo constituta monasterium intrare; idem tom. 2. constit. 34. incip. Pia mater. Sed ad hunc effectum intra monasterii septa esse conferens, comites habere debet ordinarium Confessarium dicti monasterii, aliumque Sacerdotem ipsis arbitrio eligendum; idem ibid.

7 \*\*\* Clausura monialium vigore Concilii Tridentini Episcopi cura subjicitur, ita ut in cujusque Ordinis moniales, etiam eas quæ à Regularibus reguntur, & aliæ sunt exemptæ, is solus auctoritatem habeat in his quæ clausuram concernunt; uti etiam expressit Pius V. in Bulla, Curâ pastoralis.

8 Hujus clausuræ modus, & effectus est, ut monialibus post professionem egressum non liceat monasterii sui claustra, sive interiora septa, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata, indultis quibuscumque & privilegiis non obstantibus, uti loquitur Conc. Trident.

9 Licet Synodus Tridentina non expresserit quæ sit ad id censenda justa causa, eamque Episcopo judicio permisisse videatur; tamen Pius V. nullo alio prætextu egressum permitti voluit, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemici morbis.

10 Credit nihilominus Barbosa post alios ab ipso citatos quod non obstante restrictione Pii V. Moniales possunt exire è monasterio etiam ex alia causa usis in ipsa Pii V. Bulla nominatim non expressis: v. gr. tempore belli, cum periculum imminet invasionis à militibus, multaque incommoda sustinendi, nisi se in locum tutum recipiant.

11 Alter effectus clausuræ monialium est, prohibitus quatumcumque personarum extranearum ad moniales accessus.

12 Ita ut nullus monasteria monialium intrare possit sine licentia in scriptis obtenta; quemadmodum decretum fuit à Synodo Tridentina.

13 Dare autem Episcopum debere in casibus necessariis hujusmodi licentiam patet ex eodem decreto.

14 Hæc autem necessitas ingrediendi à Tridentino requisita sic recepta est, ut etiam ipsi Prælati tam Seculares, quam Regulares, quibus cura & regimen monasteriorum incumbit, auctoritate sibi ex officio attributa uti non possint, nisi in casibus necessariis; quæ facultate si forte uti aliquando contigerit, à paucis isque senioribus ac religiosis personis comitati ipsa monasteria ingredi studeant; quemadmodum præscripsisse videtur Gregorius XIII. in Bulla, quæ incip. Dubis.

15 Casus necessarii, quibus Episcopus licet ingressum personarum secularium permittere, intelliguntur respectu